dinat̄: sicut altare dicit̄ sanctū eo q̄ est deo dedicatū r̄ sic de alijs. Sic amor sancti dicitur q̄n deo sanctificat̄: hoc est q̄n in ipsū vt in summū bonū pure refert̄: cū em̄ deus fons est omniū bonoz: ad ip̄m diligendū tanq̄ ad cōmune bonū naturalit̄ quilibet inclināt: sicut fluij egredientes a mari ad mare reuertunt̄: quodā etiā instinctu naturalit̄ cōmune bonū p̄ticulari p̄ferēt: r̄ vnaqueq̄ ps̄ ad bonū totius naturalit̄ ordīatur r̄ inclināt: hinc manus p̄cussionib̄ exponunt̄: vt cor r̄ caput a periculis r̄seruentur: cū ex eis humani corporis vita dependat: sic naturali quodā instinctu quilibet se metip̄m ordinat in deū sicut in beatitudinis fontē: sicut ps̄ in bonū totius naturalit̄ ordīatur: p̄ficiūt aut̄ hoc charitatis virtute qua diligit homo seipm p̄pter deum: p̄cipit igit̄ deus diligit p̄ximū sic seipm id ē salutē anime sui p̄rimi querere ac ad deū illū dirigere sicut seipm ad deū dirigere debet: ad quē naturalit̄ inclināt: r̄ hic amor p̄rie dicit̄ sanctus. Est em̄ amor naturalis inter sanguine iunctos: cū se diligit eo q̄ ex eisdē parentib̄ geniti sunt: s̄z non est amor sanctus nec ad salutem sufficiens. Est r̄ amor ciuilit̄ sicut inter illos q̄ p̄pter hoc se diligit qz sunt eiusdē ciuitatis municipes: v̄l sub eodē p̄ncipe: ac eisdē legib̄ gubernāt: v̄l si sunt eiusdē negotij: officij: studij: mutue societatis: r̄uersationis r̄ sic de alijs ex q̄b̄ r̄trahit̄ amor amicitie: r̄ huiusmodi dilectōes duas p̄mas r̄ditiones cōprehendere p̄fit: vt scz sint veri r̄ iusti amozes: sed nō tertii: qz nō semp̄ ordinant̄ in deū. Ad maiorē aut̄ euidentiā sciendū q̄ ad p̄ceptū de dilectōe p̄rimi implendū affectu septiformi se quis erga p̄ximū exercere debet. Primus est affectus pie cōpassionis in aduersis: quo scz mēs alioz mala sentiat sic sua: r̄ hoc p̄ncipalit̄ in sp̄ualibus malis tā pene q̄ culpe: deinde in corporalib̄ r̄ tēporalib̄ afflictionib̄ r̄ iacturis: sicut apl̄s q̄ de se dicit̄. ij. Cor. xj. Quis infirmat̄ r̄ ego nō infirmoz: q̄s sc̄andalizat̄ r̄ ego nō vroz: h̄c aut̄ cōpassionem lachrymatus est iesus. Luc. xix. Qui vidēs ciuitatē hierlm̄ fleuit sup̄ illā dicens: Si cognoscēs q̄ et iā rex. Hec mirū euz de lege nature si quid patitur vnū mēbrū cōpatiunt̄ ei omnia mēbra: vt dicit apl̄s. j. Cor. xij. Secundus aut̄ est affectus r̄gratulationis in prosperis: q̄. s. q̄s de alieno bono letat̄ sic de suo

sine sit de pfactu spūali: corpali vltēpora /
 li: iuxta illud Ro. xij. Gaudete cū gaudētī /
 bus: ⁊ qz vt dicit Matē. xij. bonus homo de /
 bono thesauro cordis sui pfert bona: ideo /
 oportunitate se offerente affectū cordialis /
 ⁊ gratulationis etiā ostēdit vbi sicut fecit /
 Moyses Numeri. xj. cū Josue ferret egre /
 ⁊ Meldad ⁊ Medad ī p̄lo p̄pharēt: qd̄ /
 quit emulari p̄ me: q̄s mihi tribuet vt oīs /
 p̄plus p̄phetet ⁊ det eis spūm suū deus: de /
 quo etiā ponit exēplū aplūs. j. Coz. xiiij. /
 Si gloriat̄ inq̄t vnū mēbrū ⁊ gaudēt ei om /
 nia mēbra. Sumus enī inuicē mēbra ī my /
 stico corpe christi: vt dicit̄ Ephes. iij. Ter /
 tius vero est affectus trāquille supportatio /
 nis: nā difficillimū est in humana p̄uersa /
 tione nō oriri scādala: tū ex fragilitate: tū /
 ex ignorātia: tū ēt ex malitia q̄ ī p̄nti secu /
 lo regnāt: ille igit̄ cōmēdād⁹ ē q̄ alioz nō /
 soluz īfectōes s̄ ēt īuectōes magnanimo /
 ⁊ tranq̄llo corō sufferre nouit: cū s̄ tāti sit /
 meriti ⁊ virtutis vt in eo p̄deāt oēs leges /
 ⁊ p̄phete: iuxta illud Galat̄. vj. Alter al /
 terius onera portate ⁊ sic adimplebitis le /
 gem christi: ⁊ hoc fit principalit̄ euz corde /
 ore ⁊ ope. Nec tria dimittit ⁊ ⁊donat. Pri /
 mo graues iniurias exēplo christi p̄ cruci /
 fixozib⁹ orātis in cruce: pater inq̄t dimitte /
 eis qz nesciūt qd̄ faciūt: qd̄ exēplū aplūs /
 imitādū p̄ponit Ephes. iij. dicēs: Estote /
 inuicē benigni: misericordes: donātes in /
 uicē sicut deus in christo donauit nob. Se /
 cundo magnas infamias: sicut ⁊ christ⁹ in /
 famatus est dū diceret̄ insanus blasphe /
 mus: publicanoz amic⁹: demoniacus sedu /
 ctor: ppli: potator vini ⁊c. q̄ tū affectu cor /
 diali cūcta remisit ⁊ nos remittere docuit /
 dū in oratiōe dñica subiūxit: dimitte nobis /
 debita ⁊c. Tertio magna rex dispēdia: sic /
 aplūs ad quosdā dicit̄ Hebreo. x. Rapinā /
 bonoz vroz cū gaudio suscepistis exēplo /
 christi qui vestibus spoliat⁹ nudus in cru /
 ce pepēdit. Quartus p̄inde est affect⁹ be /
 nigne p̄uersatiōis: nō reddēdū malū p̄ ma /
 lo: sed in bono malū vincēdo: corde: ore et /
 opere: sic expresse p̄cepit dñs Luc. vj. Dili /
 gite inimicos vestros. s. corde: benefacite /
 his q̄ oderunt vos: scz opere: ⁊ orate p̄ p̄se /
 cutozibus ⁊ calūniantibus vos. s. ore: ē enī /
 benignitas quidā animi dulcor excludēs /
 omnē nequitā: habilitās hominē ad in /
 nā leticiā ⁊ ad beniuolētiā: in exteriori qz /
 p̄uersatione reddēs hominē affabilē ⁊ be /
 nignū. Dicūt̄ aut̄ benigni quos bon⁹ amo

ris ignis ad benefaciendū primis etiam /
 aduersarijs feruere facit. Quintus itaqz /
 est affectus humilis honoratiōis: quo sci /
 licet omnes reueretur ⁊ honorat: omnes si /
 bi p̄fert: omnib⁹ tanq̄ dominis suis hu /
 mili corde se subdit: scdm illd. j. Petri. ij. /
 Omnes honorate: fraternitatem diligite. /
 Et iterum ad Romanos. xij. Honorē inui /
 cem p̄uenientes: sed quia de hoc honore /
 prestando tactū est supra in primo sermo /
 ne p̄cepti huius: ideo breuitati consulēs /
 p̄sequi p̄termitto. Sextus autē est affe /
 ctus cordialis vnionis: vt scz homo q̄tuz /
 in se est: ⁊ q̄tum scdm deū p̄t cū alijs vnū /
 se sentiat ac omniū rectū velle p̄ suo repu /
 tet: ⁊ huius vnionis cordialis affectus ex /
 tribus in anima generat̄ ⁊ cōseruat. Pri /
 mo ex humilitate q̄ scz p̄imo fm̄ deum in /
 omnibus ⁊descēdit: honorē ⁊ gratitudiez /
 ⁊ qd̄libet humilitatis obsequiū gratanter /
 impendit: vñ tā in ⁊donādis iniurijs q̄ in /
 supportādis miserijs ⁊ defectib⁹ se p̄mptū /
 exhibet: eo qz se lōge villiorē ⁊ talib⁹ dignis /
 simū reputat. Ad que nos aplūs ad Ro. /
 xij. hortat̄ dicens: Nō alta sapiētes s̄ hu /
 milibus ⁊sentietes. Secūdo vero ex puri /
 tate: p̄sertim illa de qua dicitur Matē. v. /
 Beati mūdō corde ⁊c. Nij sunt enī mundi /
 corde q̄ simplici oculo ⁊ puro corde in deū /
 intendētes: inter imunda mūdī mundum /
 habētes aspectū p̄ximū in dño dumtaxat /
 chari⁹ amplectunt̄: de s̄ oculo dicit̄ in cā /
 ticijs: vulnerasti cor meū soror: mea spōsa: /
 sequit̄ in vno oculoꝝ tuoꝝ. Tertio p̄inde /
 ex ip̄a charitate: charitas enī q̄ liq̄t huma /
 na corda cū in cor homīs fuerit diffusa di /
 uinitus: illudqz humile ac purū inuenerit /
 oīa alioꝝ bona in se trāfformat ⁊ sua facit: /
 solū nanqz liq̄dū est qd̄ omni forme ⁊gruit /
 qd̄ optime amatoꝝ cordi p̄uenit. Factū ē /
 inq̄t cor meū sicut cera liquefcens. Ex his /
 autē tribus vt dicit̄ Act. iij. Multitudis /
 credentiū erat cor vnū ⁊ anima vna in do /
 mino: qz hūilitas eos euacuauerat s̄su p̄ /
 prio: puritas eos mūdauerat mūdano cō /
 tagio: ⁊ charitas p̄ trāfformationē colloca /
 uerat in vno amoroꝝ cordis glutino. Se /
 ptimus deniqz est affect⁹ christiformis ob /
 latiōis ⁊ passiōis p̄ oībus: vt. s. exēplo le /
 su christi parat⁹ inueniat̄ p̄ oīb⁹ ⁊ singloꝝ /
 salute ponere aīaz suā: qz vt dicit̄ Job. xv. /
 Maiorē hāc dilectionē nemo hz vt aīaz su /
 am pōat: q̄s p̄ amic⁹ suis: tūc enī vere dili /
 git p̄xim suū sic seipm: tradēs p̄p̄riā vitā

vt lucret illius animā: ad qđ nos hortat exemplo christi Job. in prima canonica. c. iij. dicēs: In hoc cognouim⁹ charitatē dei: qm̄ ille p nobis animā suam posuit ⁊ nos debem⁹ aīas p fratrib⁹ ponere. Ad laud.

De actibus interiorib⁹ charitatis qui sūt dilectio: gaudiū: misericordia: pax: ⁊ de dīna amoris amicitie ⁊ ꝓcupiscētie: Ser. XXII

Nota patre tuū.

h Jam ordine ꝓgruo videndū ē de actibus charitatis tā interiorib⁹ q̄ exteriorib⁹. **Q**uā igit̄ ad actus interiores. **Primo** q̄ri pōt utrū ꝓncipalior act⁹ charitatis sit diligere amore amicitie v̄l cōcupiscētie: ꝓsertim cū actus ille quo de⁹ diligit̄: vt obiectū beatitudinis est act⁹ ꝓncipalissimus charitatis: qz sub tali ratiōe est obiectū charitatis: sed sic diligere deus est velle ip̄m habere qđ ē ip̄m amare amore ꝓcupiscētie. Cū em̄ ex charitate volo deum mihi: diligo me amore amicitie ⁊ deus amore ꝓcupiscētie: sed certū est qđ iste act⁹ est ꝓncipalior inq̄tū fert̄ in deū q̄ inq̄tūz reflectit̄ ī seipsam. Ad hoc r̄sudet Richar. sup. iij. di. xxvij. qđ amor amicitie ⁊ ꝓcupiscētie dupliciter cōparari possunt. **Primo** inq̄tū sunt respectu eiusdem amati ⁊ tunc amor amicitie semp nobilior est ceteris partibus: sicut em̄ nobilior ratio naturalis entitatis est existere in se q̄ in alia: vt patet in substantia ⁊ accidēte: sic rō nobilior essendi bonū est esse bonū scđm se q̄ esse bonum alterius: bonū aut̄ qđ amat̄ amore amicitie: aut amat̄ qz bonū fm̄ se: aut vt sit bonū scđm se: qz amās amore tali vult amato v̄l bonū qđ tā habz v̄l qđ adhuc nō habz. Amore vero cōcupiscētie bonū amat̄ ad h̄ vt sit bonū ip̄ius amāt̄ v̄l alteri⁹ cui amās bonū illud ꝓcupiscit. **Secūdo** vero inq̄tū sūt respectu diuersoz amatoz: ⁊ tūc amor ille amicitie ⁊ ꝓcupiscētie p̄nt esse idē act⁹ scđm rem: vt cū volo deū mihi: deum amo amore ꝓcupiscētie: ⁊ me amo amore amicitie: et tñ idē actus est: possūt e. tā esse actus differētes fm̄ rē: ⁊ sic cōparādo vnū amorē ad aliū possibile est amorē ꝓcupiscētie nobiliorē esse q̄ amorē amicitie ꝓpter maiorē nobilitatē amati: s̄ qz p charitatē amor cōcupiscētie respectu nobilissimi amati qđ est deus ordinat̄ sic ad finē ad amorem amici

tie: nā qui ex charitate vult frui deo qđ est ip̄m amare amore ꝓcupiscētie: s̄ ideo vult vt de⁹ honoret ⁊ glorificet in se qđ est ip̄m amare amore amicitie: qz sic amās deo vult ꝓncipaliter gloriā ⁊ honorē: ideo simpliciter loquēdo amor amicitie nobilior est: ⁊ charitatis ꝓncipalior actus. **Dicendū** igit̄ qđ deū diligere vt beatitudinis obiectū itel / ligi pōt dupliciter. **Uno** modo sic qđ diligēs ad hoc ip̄m diligit: vt suā ꝓfectionē p ip̄m ꝓsequat̄: ⁊ sic deū diligere nō est ꝓncipalis finis actus charitatis: nec sub ista rōne ē obiectū ꝓncipale charitatē. **Alio** modo sic qđ diligit: quia in ip̄o sunt oēs ꝓfectiones simplicit̄ qđ requirit̄ ad h̄ vt aliqd sit ꝓfecte beatitudinis obiectū: ⁊ sic diligere deum est ꝓncipalissimus actus charitatis: et est dilectio amicitie: qz sic diligēs ꝓncipaliter vult deū habere oēs ꝓfectiones q̄s habet qđ velit aliqd aliud. **Ex his** igit̄ patz qđ deus ex charitate diligit ꝓpter amore amicitie qđ est ip̄m diligere ꝓpter seip̄m ⁊ nō ꝓpter aliquid aliud. **Ad cuius** euidētā dic̄ Tho. scđa. 2. q. xxvij. qđ fm̄ quattuor generā causaz pōt aliquid diligi nō ꝓpter se s̄ ꝓpter aliud. **Primo** scđm gen⁹ cause finalis sicut diligitur medicinā ꝓpter sanitatē: sed sic ex charitate nō diligitur deū ꝓpter aliud: qz nō ordinat̄ ad aliud sic ad finē: sed ꝓpter seip̄m: qz ip̄e est finis vltim⁹ omnium. **Secūdo** scđm genus cause formalis sicut diligitur homines ꝓpter virtutē: quia scz virtute formaliter bonus est ⁊ ꝓ ꝓsequēs diligibilis: sed sic nō diligitur deū: qz nō informat̄ aliquo alio ad h̄ qđ sit bon⁹: sed eius substantia sua bonitas est: fm̄ quā exemplariter oīa bona sunt. **Tertio** scđm gen⁹ cause efficiētis: sicut diligitur aliqs inq̄tū sunt filij talis patris: ⁊ sic etiā nō diligitur deū: qz bonitas ei nō inest ad altero s̄ inest omnibus alijs ab ip̄o. **Quarto** scđz dispositionē qđ reducitur ad genus cause materialis: dicimur aliquid diligi ꝓpter illud qđ nos disposuit ad eius dilectionē: vt ꝓpter aliqua beneficia suscepta: quis postea qđ tā amare incipim⁹ nō ꝓpter illa beneficia amemus amicū s̄ ꝓpter eius virtutē: ⁊ sic deus diligi pōt ꝓpter aliud: qz scz ex aliqbus alijs disponimur ad hoc qđ in dei dilectionē ꝓficiamus: vt ꝓ beneficia ab eo suscepta: v̄l ꝓ premia sperata: v̄l ꝓ penas q̄s p ip̄m vitare intēdimus. **Secūdo** ꝓncipaliter queri pōt de interioribus effectib⁹ cōsequentibus ꝓncipalē actum charitatis

qui est dilectio: et sunt principaliter tres effectus. scilicet. gaudium: misericordia et pax. Queritur igitur utrum gaudium sit effectus ipsius charitatis in nobis: presertim cum ex absentia rei amate magis tristitia sequitur quam gaudium: sed deus quem per charitatem diligimus est nobis absens quod diu in hac vita vivimus: quia quod diu sumus in corpore peregrinamur a domino: ut dicitur in. i. Cor. v. Ad hoc respondet Thomas. secunda 2. q. xxvii. quod ex amore procedit et gaudium et tristitia: sed contrario modo. Gaudium enim ex amore causatur vel propter presentiam boni amati: vel etiam propter hoc quod ipsi bono amato propter bonum inest et conservatur: et secundum hoc maxime pertinet ad amorem benivolentie vel amicitie propter quam aliquis gaudet de amato se prospere gerente etiam si sit absens: e contrario vero sequitur ex amore tristitia vel propter absentiam amati: vel propter hoc quod amatum cui volumus bonum suo bono privatur: aut aliquo modo deprimatur. Charitas autem est amor dei cuius bonum immutabile est: quia ipse est summa bonitas: et ex hoc ipso quod amat est in amante per nobilissimum suum effectum: secundum illud. 1. Job. iiii. Qui manet in charitate in deo manet et deus in eo: et ideo spirituale gaudium quod de deo habetur ex charitate causatur: et licet quod diu sumus in corpore peregrinari dicimur a domino quantum ad presentiam clare visionis: tamen amantibus se presens est in hac vita per gratiam inhabitacionem: inquit illud Job. xiiij. Ad eum veniemus et mansionem apud eum faciemus. Quod si queritur utrum illud gaudium spirituale admixtionem aliquam tristitie recipiat. Respondet ibidem Thomas. quod ex charitate de deo duplex causatur gaudium. Unum quidem principale quod est proprium charitatis. scilicet. secundum quod gaudeamus de bono divino secundum se considerato: et tale gaudium est melius: nec patitur admixtionem tristitie: sicut nec illud bonum de quo gaudet aliquam mali admixtionem habere potest: hinc dicitur Philosophus. iiii. Gaudent in domino semper. Aliud autem est gaudium charitatis quo gaudet deus de bono divino secundum quod participat a nobis: quod participatio potest impediri per aliquod contrarium: et ex hac parte potest habere admixtionem tristitie: puta scilicet quis de eo tristatur: quod divine participacioni repugnat: vel in nobis vel etiam in proximis quos tanquam nos ipsos diligimus: sicut ipsa peccata et defectus quotidiani incolatusque presentis miserie ac filia que tristitiam causant: eo quod defectum importat participacionis summi boni. Tertio principaliter queritur potest de misericordia que sicut est interior effectus charitatis: utrum. scilicet. misericordia est virtus aliquid: presertim

cum nihil quod est virtuti contrarium est laudabile: sed Nemesis contrariatur misericordie: ut dicitur philosophus in. ij. Rhetorice. Nemesis enim est passio laudabilis: ut dicitur in. ij. Ethicorum. et misericordia non est virtus. Mirum cum dicitur Salustius: quod omnes homines qui de rebus dubiis consultat: ab ira et misericordia vacuos esse decet: non enim animus facile verum prouidet ubi ista afficiunt: hec ille. Ad hoc respondet Thomas. secunda 2. q. xxx quod misericordia dolorem importat de aliena miseria: quod dolor noxiare potest. Uno modo motum appetitum sensitivum: et secundum hoc misericordia passio est et non virtus: imo potest esse vitium si non fuerit ratione regulata. Hic auctoritas Salustij iam posita intelligitur de misericordia secundum quod est passio ratione non regulata: quia sic impedit consilium rationis dum facit a iusticia deviare. Alio modo nominare potest motum appetitum intellectivum secundum quod alicui displicet malum alterius: quod motus esse potest secundum rationem regulatus: et potest secundum hunc motum ratione regulatum etiam regulari motus inferioris appetitus. Unde dicit Augustinus. in. ix. de civitate dei. quod iste motus animi: scilicet misericordia servit rationi: quoniam ita prebet misericordia ut conservet iusticia: sine cum indigenti tribuit: siue cum ignoscit penitenti: et quia ratio virtutis humane consistit in hoc quod animi motus ratione reguletur: ideo consequens est misericordiam esse virtutem. Ad obiectum igitur dicendum: quod philosophus de misericordia et nemese loquitur quod utraque est passio: et habet quidem contrarietatem ex parte estimacionis quam habent de malis alienis: quia de his misericors dolet in quantum estimat aliquem indigna pati: nemeticus autem gaudet in quantum estimat aliquem digne pati: et tristatur si indignis prospere succedit: et utrumque laudabile est et ab eodem nomine descendens: ut ibidem dicitur. Unde ex dictis patet: quod illa duo proprie non contrariantur: quia diversis respectibus assumuntur: imo verius misericordia virtus moralis est circa passionem existentem: et reducitur ad illam medietatem que dicitur nemesis: que sic exhibet misericordiam ut tamen servet iusticiam. Quod si queritur utrum misericordia sit maxima virtutum. Respondet ibidem Thomas. quod misericordia in se est maxima virtutum: ad misericordiam enim pertinet quod alijs effundat et eorum defectus subleuet sed quo ad habentem non est maxima virtutum nisi is qui habet sit maximus: quod nullum habet supra se sicut deus: de quo dicitur: miseraciones eius super omnia opera eius: utpote cui proprium est misereri: quod vero supra se aliquid habet illi maius et melius est proiungi superiori quam impleri defectum inferiori

ris: et ideo quatuor ad hominem qui deum habet
superiorem: charitas per quam unum deo potior est
quam misericordia per quam supplet defectum primi-
morum: sed inter omnes virtutes que ad primum
pertinent potissima est misericordia: sicut est
etiam potioris actus. Hinc dicitur *Dee. vi.* et
Matt. xij. Misericordiam volo et non sacri-
ficium: quia per exteriora sacrificia vel munera
deus non colitur propter se sed propter nos et pri-
mos: non enim indiget sacrificiis nostris sed ea
que sibi vult offerri propter nostram deuotionem
et proximorum utilitatem: et ideo misericordia que
defectibus aliorum subuenit est sacrificium deo
magis acceptum: utpote propinquum inducens
utilitatem primo: secundum illud *Heb. vlti.* Bene-
ficentie et caritatis nolite obliuisci: talibus enim
hostijs premeret deus. Quarto principaliter
quatuor potest de pace: vtrum scilicet pax sit effectus primus
charitatis: preteritum cum dissensio que paci contraria
potest esse cum charitate. Paulus enim et Barnaba
dissensisse leguntur: *Act. xv.* sic sacri do-
ctores in aliquibus opinionibus dissentiunt.
Ad hoc respondet *Tho. scda 2. q. xxix.* que de
ratione pacis est duplex unio que requiritur. Una
est secundum ordinationem proximorum appetituum in unum.
Alia secundum unionem appetitus proximorum cum appetitu
alterius: et vtriusque unionem charitas efficit.
Pro quo sciendum: quod dupliciter contingit con-
cordiam hominis tendere in diuersa. Uno modo secundum diuer-
sas potentias appetitivas: sicut appetitum sensi-
tuum plerumque tendit in contrarium appetitum rationalem: sicut
illud *Gal. v.* Caro concupiscit aduersus spiritum
Alio modo in quantum vna et eadem vis appetitiva
tendit in diuersa appetibilia que simul consequi non
possunt: ex quo necessarium est esse repugnantiam motuum
appetituum: unio vero motuum istorum est de ratione
pacis: non enim habet homo pacatum cor: etiam si habeat
aliquid quod vult quod restat ei aliquid volen-
dum: quod sicut habet non potest quam unionem facit cha-
ritas secundum quod deus diligitur ex toto corde: ut scilicet
omnia referam in ipsum: et sic omnes appetitus nostri in
unum feruntur. Sicut dupliciter contingere potest
dissensio diuersorum cordium: vel enim contingit
in opinionibus tantum: et illa dissensio non repugnat
paci: quia opiniones pertinent ad intellectum que
precedit appetitum qui per pacem unum. Sicut etiam
dissentire in paruis bonis non repugnat pa-
ci viatoris: quia talis dissensio precedit ex di-
uersitate opinionum: dum unus estimat hoc de
quo est dissensio: pertinere ad bonum illud in
quo conveniunt: et alius estimat non pertinere:
et secundum hoc talis dissensio de minimis sicut
inter Paulum et Barnabam: et de opinionibus
sicut inter sacros doctores: licet paci perfecte

repugnet que erit tantum in patria: in qua ple-
ne veritas cognosceret et omnes appetitus comple-
bis: paci tantum perfecte si repugnat quibus habet
in via. Secundo contingere potest dissensio di-
uersorum cordium in bonis conferentibus ad vitam
et precipue in magnis quorum unio est de ratione pa-
cis: quam unionem perficit charitas secundum quam dili-
gimus primum sicut nos ipsos: ex quo contingit quod homo
vult implere voluntatem primum sicut suum ipsum:
et propter hoc inter amabilia unum ponit
idemnitatem dilectionis siue electionis: ut
patet in *ix. Ethic.* Et Tullius in li. de ami-
citia dicit: Quam amicum est idem velle et nol-
le. Quinto queri potest: vtrum omnia pacem
appetant: preteritum cum dicitur *Aug. xix. de ci-
dei.* tale bonum est bonum pacis: ut in rebus
creatis nihil gratiosius solet audiri: nihil
delectabilius concupiscitur: nihil utilius possi-
deri. Et addit ibidem quod omnia pacem appē-
tant: cum tamen contrarium a multis actitari vi-
demus: de quibus *ps.* dicit: Cum his que ode-
runt pacem eram pacificus. Ad hoc dicendum
duplex est pax. Quedam est apparens et non
vera: et illa convenit cum concordia: nam concor-
dia est quedam unio voluntatum diuersorum
cordium: quod si malum est in quo concordat: tunc est
ibi tantum consensus cordium: non autem consensus ap-
petituum singulorum cordium: et sic non est vera
pax impiis sed solum apparens: verbi gratia:
cum in actu consentiunt adulteriis: vis appe-
titiva tendit in diuersa appetibilia: que simul
assequi non potest: eo quod sensus appetitivus
tendit in contrarium appetitus rationalis. Affe-
ctus enim miser fedis delectationibus frui: nec
fama pollui: nec vindicta divina mulctari:
nec conscientia remordente cruciari: sed hoc
consequi non potest. Secunda pax est vera et
aliquid concordie supradedit ac inuenit tantum
in bonis: nam si qui concordant in bono: tunc
non est ibi tantum consensus diuersorum cordium: sed
etiam consensus appetituum singulorum cordium:
et hanc duplicem pacem seorsum dei in unione ap-
petituum singulorum cordium: quam ut dictum est
operatur in nobis charitas dei: et pacem proxi-
mi in unione multorum cordium que proximi cha-
ritas in nobis operatur: commendat dominus
discipulis: dicens: Pacem relinquo vobis
seorsum proximi: pacem meam etc. et vtriusque pacem na-
turaliter omnes appetunt: nam et omnes bel-
lantes per bella querunt ad aliquam pacem per-
fectiorem pervenire quam prius habuerat in qua
nihil eorum voluntati repugnet: quam pacem
solus deus dare potest: nec veraciter inuenit
nisi in eo quod diuine voluntati per omnia conuenit.

De actibus exterioribus chari-
tatis qui sunt triplices: scz corpa-
les: spūales & reales: Ser. XXIII

Monita patrē tuū

h **ic.** Expediti de actibus interio-
ribus charitatis. Jam ad psequē-
dum actus exteriores ipsius stilū cōuerta-
mus: quos vt p̄senti speculatiōi sufficit tri-
plices distinguere possumus: scz corpales:
spūales & reales. **Q**rtum igit ad effectū
corpales primo queri pōt: vtrū in quātali-
cunq; charitate cōstitutus teneat mortem
subire pro christo: p̄sertim cū dicat .j. Job.
iij. **Q**m̄ ille animā suam p nobis posuit &
nos debem⁹ p fratrib⁹ aias ponere: alio-
quin dicit dñs Luce. ix. **Q**ui me erubue-
rit & meos sermones corā hominib⁹: & fili⁹
homīs erubescet eum cū venerit in maie-
state sua. **A**d hoc r̄sudet Bonanē. super. iij.
dist. xxx. q̄ subire mortē intentione placē-
di deo cōtingere pōt tripliciter. **A**no mō qm̄
adest necessitas vel deserendi iusticiam vel
amittendi vitā: & tūc subire mortē est iusti-
cie & necessitat⁹. **A**lio mō qm̄ se offert opor-
tunitas manifestādi diuinā gloriā & edifi-
candi ecclesiā: & tūc est p̄fectionis & supero-
gationis. **T**ertio mō solū ex hoc q̄ vitam
suā habet exosam: & hoc est temeritatis et
crudelitatis. **A**n̄ Aug⁹. **I**llos qui semet-
ip̄os p̄focant & p̄cipitio collidit p̄pter vi-
te p̄sentis odiū: dicit esse sceleratissimos &
crudedissimos homicidas: tractans illud
Job. xij. **Q**ui odit animā suā i hoc mūdo:
in vitam eternā custodit eaz. **C**ū ḡ querit
vtrum omnes teneant mortē subire p̄ x̄po
dicendū: q̄ p loco & tempore vbi talis op-
tio dat: vel q̄ iusticia deserat: vel q̄ vita
perdat: ibi om̄s quātūcunq; sint imperfecti
tenent subire mortē: & p̄eligere magis deo
dilecto mori q̄ ip̄o offenso viuere: sed vbi
non im̄inet talis necessitas nec talis optio
dat: sed tūc offert se oportunitas manife-
standi diuinā gloriā & edificandi ecclesiā:
si quis se tūc morti exponit talē mortē sub-
ire p̄fectionis & superogatiōis est: ad quā nō
om̄s tenent: qz citra dictā necessitatē pos-
tus subterfugere & seip̄m occultare potest.
Nec ex hoc dicit nomē x̄pi erubescere: sed
tūc tūc qm̄ timore mortis negat ip̄m christū
nec illud debitū de quo Job. loquit in au-
toritate iam dicta semp est debitū necessi-
tatis ad qd obligamur: sed est debitū con-

gruitatis ad qd amonemur. **S**ecūdo q̄ri
vtrū habētes charitatē p̄fectā teneant ea
q̄ sunt p̄fectiōis adimplere: p̄sertim cū s̄m
Bregio. in omel. **C**rescētibus donis rōnes
etiā crescūt donoz: & cui pl⁹ cōmittit plus
exiget ab eo: cui ḡ cōmittit p̄fecta chari-
tas: cum deus exigat actū habitū cōuent-
entē: videt q̄ ille tenet ad opa p̄fectionis:
imo ne deficiat tenet p̄ficere: cum non sit
mediū inter hec: eo q̄ in via dei non p̄gre-
di regredi est: nec vnq̄ viator in eodē statu
p̄manet: nec videt posse p̄ficere perfecta
charitas nisi in operibus p̄fectionis & sup-
erogationis. **A**d hoc respondet Bonauē.
vbi supra: q̄ quinq; modis quis genera p̄-
fectionis distingui possunt: & s̄m hoc q̄nq;
modis quis obligat ad aliquid. **P**rimū
genus est p̄fectio iusticie & sufficientie que
consistit in adimpletiōe mandatorū dei: de
q̄ dicit Matth. v. **E**stote p̄fecti sicut & pa-
ter vester celestis p̄fect⁹ est. **E**t ad hoc mā-
datum diuinū obligant omnes tam p̄fecti
q̄ etiā imperfecti. **P**erfecti tamē eo magis
obligant de bono & equo: quo magis bo-
num p̄cipiunt: p̄ quod diuinum mandatū
implere possunt. **S**ecūdū genus est p̄fe-
ctio religionis que cōsistit in obseruantia
consilioꝝ dei: de qua dicit Matth. xix. **S**i
vis p̄fectus esse vade & vende oīa &c. & ad
hanc p̄fectionē quis non obligat: licz per-
fectam charitatē habeat: nisi votum religi-
onis interueniat. **T**ertiū genus est p̄fectio
p̄lationis: que consistit in regimine subdi-
torū: de qua dicit Luc. vi. **P**erfectus oīs
erit si sit sicut magister eius: vnde propter
officiū susceptū quis obligat ad p̄fectionē
p̄lationis: als autē nō. **Q**uartū genus est
p̄fectio opationis: que consistit in ostēsi-
one exemplorū: de qua dicitur Gen. ix. **N**oe
vir iustus atq; p̄fectus in generationibus
suis: vnde licz quis non obliget ad aliqd
simpliciter vel s̄m se: tamē ad euitandum
scandalū pusilloꝝ: qd vtiq; graue pecca-
tum est: vt dicit Tho. scda 2. q. xliij. **Q**uis
obligat ad p̄fectionē opationis. **H**inc dicit
ap̄lus. j. **C**oz. viij. **N**on manducabo carnē
in eternū ne frat̄r meū scandalizem. **H**inc
iterum dicit: **O**mnia mihi licent: sed non
omnia expediunt. **Q**uintū deniq; genus
est p̄fectio trāquillitatis: que cōsistit in cō-
summationē difficiliorū optimorū: sicut
dicit .j. Job. iij. q̄ perfecta charitas fortis
mittit timorē: & p̄hus dicit: q̄ perfecta vir-
tus optimorū est optima: & ad hoc q̄s non

obligat nisi fm cōsciētie dictamē: p qd ob-
ligat ad pfectionē trāquillitatis ppter cō-
scientie iudiciū: vnde generaliter ad quat-
tuor vltima pfectiōis genera q̄s non obli-
gat in pfecta charitate existēs: quātū ē ex
obligatiōe diuini mādati: nisi supinducat
aliq̄ noua obligatio ad h̄mōi genera pfecti-
onū adimplēda. Ad obiectū igit̄ dicēdū:
q̄ homo nō tenet sp̄ p̄ficere in charitate:
loquēdo de pfectu qui cōsistit in augumē-
to ⁊ incremento charitatis: qz charitas nō
aueget in homine cōtinue: sed loquēdo de
pfectu qui cōsistit in bonorū operū multi-
plicatione ⁊ iusticie exercitatiōe: sic tenet
quis p̄ficere: qui tamē pfectus charitatis
non tm̄ attendit in impletōe consiliozū et
operū pfectozum: sed etiā in obseruātiā
mandatorū. Tertio queri pōt de effecti-
bus exterioribus spūalibus ip̄ius charita-
tis: ⁊ p̄mo quo ad p̄ximū vtrum scz corre-
ctio fraterna sit actus charitatis: p̄sertim
cū actus cōtrarij non p̄tineant ad eandem
virtutē: sed supportare peccantē est actus
charitatis: fm̄ illud Gal. vj. Alter alteri
onera portate: ⁊ sic adimplebitis legē xp̄i
que est lex charitatis: sed corrigere suppo-
sitioni videt̄ esse contrariū. Ad hoc respō-
det Tho. sc̄da 2. q. xxxij. q̄ correctio de-
linquētis ē remediū quoddā qd cōtra pec-
catū alicui⁹ adhiberi debet. Et qz peccatū
alicui⁹ duplici⁹ p̄siderari pōt. s. in quātū
est nociuū ei q̄ peccat: vel in quātū vergit
etiā in nocumētū alioz q̄ ex eius peccato
ledunt̄ vel scandalizant̄: vel etiā in quātū
est nocumētū boni cōmunis: cui⁹ iusticia
p̄ peccatū hominis p̄turbat̄: ideo duplex est
correctio delinquētis. Una que peccato re-
mediū adhibet: in quātū est quoddā malū
ip̄ius delinquētis: ⁊ ista est p̄prie fraterna
correctio que ad emēdatiōē delinquētis
ordinat̄: nā remouere malū alicui⁹ ē eius-
dem rōnis cui⁹ est bonū eius p̄curare: sed
p̄curare bonū fratris ad charitatē p̄tinet:
p̄ quā amato bonum volumus ⁊ opamur.
Hinc etiā fraterna correctio charitatē act⁹
est: qz p̄ eam fratris malū. s. peccatū repel-
limus: cui⁹ remotio tāto est deo acceptioz
⁊ fratri salubrioz q̄ remotio exterioris dā-
ni vel etiā corporalis nocumēti: quāto p̄tra-
riū bono virtutis magis est affine charita-
ti q̄ bonū corporis vel exteriorū rerū. Ex quo
p̄cludit̄ q̄ fraterna correctio magis ē act⁹
charitatis q̄ curatio corporalis infirmita-
tis: vel exterior subnēctio fraternalis ege-

statis: ⁊ p̄tinet ad omnes: fitqz p̄ simplici
āmonitiōē. Alia v̄o correctio est que re-
mediū adhibet peccato delinquētis: fm̄ q̄
est etiā malū aliozū ⁊ precipue nocumētū
boni cōmunis: ⁊ talis correctio est actus
iusticie: cuius est seruare rectitudinē iusti-
cie vnus ad aliū: p̄ quā intendit̄ cōmune
bonū: ⁊ p̄tinet ad supiores: qz nō solū fit p̄
simplici āmonitiōē: sed etiā interdū per
punitiōē: vt alij timentes a peccato desi-
stant. Ad obiectū ḡ dicēdū: q̄ correctio
fraterna nō opponit̄ infirmoz supportati-
onē: sed magis ex ea cōsequit̄: intantū enī
aliquis supportat peccantē: in quātū p̄tra-
eum nō p̄turbat̄: sed p̄ beniuolentiā ad eū
seruat. P̄terea sicut fraterna correctio ē
actus charitatis: sic etiā alia opera miseri-
cordie spūalis: vt cōsulere dubitātī: doce-
re ignorantē: cōsolari tristē: offendenti re-
mittere: onerosos ac graues supportare: ⁊
p̄ omnib⁹ orare: sed qz de his septē generi-
bus elemosyne spūalis diffuse satis ī septē
sermonib⁹ tractasse me memini: in sermo-
nib⁹ de tribus p̄tib⁹ penitētie: ideo de his
p̄sequi gr̄a breuitatis omitto. Quarto
queri pōt: vtrū cū quātūlacūqz charitate
resistere q̄s possit quātūcūqz temptatiōi:
p̄sertim cū gratia quātūcūqz modica potē-
tior est ⁊ excellētior q̄ natura: sed homo in
statu innocētie cōstitut⁹ in puris naturalī-
bus quātūcūqz tēptatiōi resistere poterat
quātūmagis in quātūlacūqz charitate vel
gratia cōstitutus: alio q̄n si quātūcūqz tem-
ptatiōi resistere nō posset: tūc in eo nō pec-
caret qd̄ euitare non posset. Ad hoc r̄n̄ det
Bonauē. sup. iij. dist. xxx. dicēs inter alia
q̄ si loquimur q̄tū ad temptatiōis exor-
diū: tūc quātūlacūqz charitas quātūcūqz
tēptatiōi resistere pōt: qz vt dicit̄. 1. Cor. x.
Fidelis deus qui nō patiet̄ vos tēptari
super id qd̄ potestis: sed faciet cū temptiōe
p̄uentū vt possitis sustinere: deus etiā ho-
minē habentē charitatē nunq̄ deserit: nisi
prius homo recedat a deo: qui potē fm̄ q̄
aueget tēptatiōis bellum: opat̄ etiā deus
charitatis augmentū: vnde quātūcūqz sit
modica charitas ī homīe: nunq̄ pōt viri⁹
ei⁹ ab aduersario deijci: qz fm̄ q̄ crescit bel-
lū crescit adiutoriū: si hō faciat qd̄ in se est.
Si v̄o loq̄mur de temptiōe q̄tū ad p̄sum-
pationē victorie. sic nō pōt esse q̄ ex modī-
ca charitate q̄s resistat tēptatiōi maxie: nā
ordo diuine iusticie nō patit̄ q̄n ex victoria
magni belli fiat ampliatio meritī: vnde si

ista duo nō contradicūt sed simul stant: possi-
bile est q̄ ex parua charitate in p̄ncipio tē-
ptationis ⁊ magna in fine resistit magne
tēptationi: ⁊ iterū possibile est q̄ ex parua
charitate in p̄ncipio ⁊ sine nō resistit ma-
gne temptatiōi: liberū em̄ arbitriū adiutū
adiutorio gratie ex vna pte: ⁊ ex alia corru-
ptū vitio cōcupiscētie: cū in illo p̄ tempta-
tionē excitat impetus cōcupiscētie: s̄m q̄
magis ac magis fortiter excitat: s̄m hoc i-
diget maiori rēp̄ssiuo: sed oīs qui legitime
certat: quāto magis excitat in eo impetus
temptatiōis tanto magis accrescit virtus
resistēdi adeo q̄ nunq̄ deus sinit nos tem-
ptari supra id qd̄ possumus sustinere ⁊ re-
sistere. Quinto queri potest de effectib⁹
exterioribus realibus ip̄ius charitatis: q̄
sunt beneficētia ⁊ elemosyna. Unde queri
potest: vtrum beneficētia sit actus charita-
tis: p̄sertim cū omne qd̄ quis dat: vel dat
sicut debitū: vel sicut non debitū. Benefi-
ciū aut̄ qd̄ impendit sicut debitū ptinet ad
iusticiā: qd̄ nō impendit sicut non debitū
gratis dat: ⁊ s̄m hoc ptinet ad misericor-
diā: ex quo cōcludit q̄ omnis actus bene-
ficētie vel ē actus iusticie vel misericordie:
nō est igit̄ actus charitatis. Ad hoc r̄ndet
Tho. sc̄da 2. q. xxxj. q̄ beneficentia nihil
aliud importat q̄ facere bonū alicui: s̄ hoc
bonū cōsiderari potest dupliciter. Uno mō
s̄m cōmunē rationē boni: ⁊ hoc ptinet ad
rationē beneficētie: ⁊ est actus beneficētie
⁊ est actus amicitie: ac p̄ cōsequēs charita-
tis: in actu nāq̄ charitatis includit boni-
tas siue beniuolētia: p̄ quā q̄s amico vult
bonum: voluntas autē effectiua est eorum
qua vult si facultas assit: ⁊ ideo ex conse-
quēti amico benefacere ex actu dilectionis
cōsequit̄. Hinc beneficētia s̄m cōmunē ra-
tionē boni est amicitie vel charitatis act⁹.
Unde Bern. in hoc differūt iusticia: bene-
ficētia: iusticia ⁊ misericordia: qz beneficē-
tia que ē actus amicitie seu charitatis: re-
spicit in beneficio collato cōmunē rationē
boni: iusticia nō respicit ibidē rationē de-
biti: misericordia deniqz respicit ibidē ra-
tionē releuantis miserā vel defectū: verū-
tamē beneficētia nō est alia virtus a chari-
tate: sed tm̄ nominat quēdam charitatis
actū. Sexto queri pōt: vtrum elemosyna
sit actus charitat⁹: p̄sertim cū elemosynaz
largitio sine charitate fieri potest: s̄m illud
1. Cor. xij. Si distribuero in cibos paupe-

rū oēs facultates meas: charitatē autē nō.
Ad hec respōdet Tho. vbi supra. q. xxxij.
q̄ exteriores actus ad illam virtutez refe-
runt ad quā ptinet id quod est motiū ad
agendū huiusmodi actus: motiū autē ad
dandū elemosynas est vt necessitatē pati-
enti subueniat. Unde quidam elemosynā
diffinientes dicunt: q̄ elemosyna est opus
quo datur aliquid indigenti ex cōpassione
p̄pter deū: qd̄ vtiqz motiū ptinet ad mise-
ricordiā: vnde manifestū est q̄ elemosynā
dare p̄prie actus est misericordie: qd̄ etiaz
apparet ex nomie: nam in greco elemosyna
deriuat a misericordia: qm̄ igit̄ misericor-
dia est effectus charitatis: vt patz in. q. iij.
sermonis p̄cedentis: ideo ex cōsequēti ele-
mosynā dare charitatis actus ē misericor-
dia mediāte. Ad obiectū q̄ dicendū: q̄ ali-
quid ē actus virtutis dupliciter. Uno mō
materialit̄ sicut actus iusticie est facere iu-
sta: ⁊ talis actus virtutis esse pōt sine vir-
tute: qz multi nō habentes habitū iusticie
iusta operant̄: vel ex naturali ratione: vel
ex timore aut spe aliquid adipiscendi: aut
p̄pter aliquid simile. Alio mō dicit̄ aliqd̄
actus virtutis formaliter: sicut actus iusti-
cie est facere iusticiā eo modo quo iustus
facit: scz prompte: delectabiliter: ⁊ amore
iusticie: ⁊ hoc mō actus virtutis nō est sine
virtute: s̄m hoc etiā elemosynas dare ma-
terialit̄ pōt esse sine charitate: formaliter
autē elemosynas dare: scz p̄mpte: delecta-
biliter p̄pter deū ⁊ omni eo modo quo de-
bet nō est sine charitate. Septimo queri
pōt: vtrū elemosyne corporales effectū ha-
beant spiritalē: p̄sertim cum ex hoc sequi
videret̄ q̄ maior elemosyna maiorē effectū
spiritalē pficeret: eo q̄ multiplicata cau-
sa multiplicat effectus: qd̄ tamen esset
contra illud Luce. xxi. vbi dicit̄ de vidua
mittente duo minuta in gazophilaciū que
s̄m dominicā sententiā plus omnibus mi-
sit. Ad hoc respondet ibidem Tho. q̄ ele-
mosyna corporalis tripliciter cōsiderari pōt.
Uno modo s̄m suam substantiā: ⁊ s̄m hoc
nō habet nisi corporalē effectū: in quātū. s.
supplet corporales defectus proximū. Alio
modo considerari pōt ex parte cause illius
qui dat elemosynā: in quātū enī dat elemo-
synā corporalē p̄pter dilectionē dei ⁊ p̄xi-
mi: tunc affert fructū spiritalē: s̄m illud
Eccl. xxix. Perde pecuniā p̄pter fratrem:
pone thesaurū in p̄ceptis altissimi ⁊ p̄de-

fit tibi magis q̄ aurum. Hinc etiā vidua q̄ minus dedit fm̄ quātitatē: plus dedit fm̄ p̄portionē: ex quo pensat̄ in ip̄a maior charitatis effect⁹ ex qua corp̄alis elemosyna spiritalē efficaciam̄ habet. Tertio mō cōsiderari pōt ex pte effectus: et sic etiā habet sp̄ualē fructū in quātū. s. p̄xim⁹ cui p̄ corp̄alē elemosynā subuenit̄ ad orandū p̄ bñfactore mouet: vñ Eccl̄. xix. dicit̄: Cōclude elemosynā in sinu paup̄is et hic p̄ te exorabit ab oī malo. Deniq; vt nemo se excuset de elemosynarū largitiōe multa sunt elemosynarū genera: principaliter tñ septē corp̄alia: et septē sp̄ualia ad q̄ oīa alia reducunt̄: et qđ exhiberi nō potest in ope: saltē tribuat̄ bona volūtate. Dicit enim Aug⁹. sup̄ ps̄. ciiij. Si potes dare da: si non potes affabile te fac: coronat deus int⁹ volūtātē vbi nō iuenit facultatē: nemo dicat nō habebam: charitas nō de sacculo erogaf. Et iterū in Encheridion: Multa sunt genera elemosynarū que cū facim⁹ adiuuamur vt nobis dimittant̄ peccata: s̄ ea nihil est maius q̄ cum ex corde peccata dimittim⁹: hec ille. Ad laudē dei.

De nouem cōditiōibus cōsiderandis i elemosynis dandis: et de quibus elemosyna fieri potest vt p̄sint facienti: ac de iniuste extortis: Sermo XXIII

Onora patrē tuū

h rē. Jam ordine debito p̄sequēdū est de cōditiōib⁹ requisitis: vt in elemosynis dandis ordo debitus obseruet̄ et modus: nā sicut modus et ordo requirit̄ in charitatiua dilectiōe: vt p̄ sup̄ius: sic et in elemosynarū distributiōe cū mediāte misericordiā sit actus ip̄ius charitat̄: vt dictū est. Ad cui⁹ euidentiam̄ p̄mo queri pōt de modo elemosynas distribuēdi: vtrū. s. elemosyna sit abūdāter faciēda: p̄sertim cui dicat apl̄s. ij. Cor. viij. Nō vt alijs sit remissio: id est alij de vestris ociose viuāt: vobis aut̄ sit tribulatio: id est paup̄tas. Sed hoc cōtingeret si daret̄ elemosyna abundanter. Ad h̄ r̄ndet Tho. sc̄da 2. q. xxxij. q̄ elemosynarū abūdātia cōsiderari potest duplicif. P̄mo ex pte dantis: cū. s. quis

dat qđ est multū fm̄ p̄portionē p̄prie facultatis: et sic laudabile est abundanter dare: vñ et dñs Luc. xxi. Laudauit viduā q̄ misit omnē victum suū in gazophylaciū. Verūtāme oportet illā abūdātiā debite circūstantionari fm̄ conditionē p̄sone et stat⁹. put in sequēti sermone latius patebit. Secūdo ex pte eius cui dat̄ est elemosyna duplicif abūdāter. Vno mō sic q̄ suppleat sufficiēter eius indigentiam̄: et sic est laudabile abundāter elemosynā dare: vñ Aug⁹ in eplā ad quēdam comitē. Caue p̄uidens discretionē elemosyne: ita vt vtriusq; scy dantis et accipiētis sit solaciū. Alio mō vt sup̄abundet ad supfluitatē: et hoc non est laudabile sed melius est pluribus indigentibus elargiri. Et hoc p̄hibet inducta auctoritas Pauli: nō vt alijs sit remissio vel refrigeriū. Loquit̄ enī ibidem de abūdātia elemosyne que supercedit necessitatem recipiētis: cui non est danda elemosyna vt inde luxuriet̄: sed vt inde sustentet̄: circa qđ tamē est adhibenda discretio p̄pter diuersas cōditiones hominū: quorū quidam delicatioribus enutriti magis indigēt delicatis cibis aut vestib⁹. Vñ dicit Ambro. in libro de officijs: Cōsideranda est in largiendo etas atq; debilitas: nōnunq; verēcūdia que ingenuos prodat̄ natales: aut si quis ex diuitijs in egestatē cecidit sine vitio suo. Ad autē subdit̄: vobis aut̄ tribu latio: loquit̄ de abūdātia ex parte dantis: vbi tamē dicit glo. nō hoc ideo dicit quin meli⁹ esset. s. abūdāter dare: sed de infirmis timet quos sic dare monet vt egestatē non patiant̄. Secūdo queri potest: qualis ordo tenendus est in elemosynis dandis: cum nō possit omnib⁹ satisfacere. Ad hoc dicendū: q̄ nouem sunt cōsideranda i elemosynis distribuēdis. P̄mo fides: q̄ fidelis p̄ponendus est infideli ceteris paribus. Illi enī nobiscū renati sunt in christo tanq̄ fratres: ceteri reputant̄ nobis alieni et hostes christi. Unde Gal. vj. de elemosyna distribuēda p̄ponens subdit̄: ergo dum tempus habem⁹ opemur bonū ad omnes: maxime aut̄ ad domesticos fides. Secūdo necessitudo siue p̄pinq̄uitas: quibus lege nature magis obligamur: et sic p̄pinq̄i sanguinis extraneis p̄ponunt̄ vel p̄ferunt̄: quia fm̄ apostolū: Qui curam suorū et maxime domesticorū nō habet: fidem negauit et est infideli deterior. Ita tamē subuenire

debet suis q̄ cām p̄stet necessitas: non car-
 nalitas: id est non dicitur propter carnalē
 amorem: sed pascant propter nature sustē-
 rationem: alioquin deus nō esset causa sed
 caro. Tertio beneficiū prius acceptum et
 p̄cipue spirituale: plus enī obligamur be-
 neficiis q̄ alijs etiā p̄pinq̄is: a quibus sc̄z
 cōmoda temporalia vel spiritualia recep-
 imus. Cui⁹ ratio est: quia magis debemus
 reddere debitū q̄ dare gratuitum. Et ideo
 magis debemus reddere suscepta benefi-
 cia q̄ amicis aliquid gratis dare: sicut ma-
 gis debemus reddere mutuū q̄ amicis da-
 re. Et maxime obligamur his q̄ s̄m Pau-
 lum laborant in verbo et doctrina. j. ad Ti-
 moth. v. Et iterū. j. Cor. ix. Si nos vobis
 spiritualia seminamus magnū est si carna-
 lia vestra metamus: q̄si diceret: non tē. vi-
 de. Quarto meritū: nam ex honesto et me-
 rito meliorib⁹ est potius subueniendū. Eccl̄
 xij. Da bono et ne receperis peccatorē: be-
 nefac hūili et ne dederis imp̄. Unde di-
 cit Tho. sc̄da 2. q. xxxij. q̄ sic diligēdi sūt
 homines vt eorū non diligant errores. Et
 quia exhibitio beneficii dilectiōi correspō-
 det: ideo peccatori ad sustentationē natu-
 re debet elemosyna dari si indigeat: cum p̄-
 cipiat nobis etiā inimiciā benefacere: sed
 ad fouendū eorum maliciā non debemus
 eis aliquid dare: vnde si cōstaret q̄ eo qd̄
 eis dat̄ in peccatū abuterent̄: nō deberet
 eis dari nisi necessitas extrema exposceret.
 Quinto tempus: qz ceteris parib⁹ senes
 sunt iuuenibus p̄ferēdi. Sexto necessitas
 quia magis dandum est plus egenti: eo q̄
 elemosyna est instituta ad necessitatē p̄xi-
 mi subleuandā: al̄s enī frustraret elemosy-
 na sine suo: nec haberet meritū apud deū:
 vnde qui tenent capti ab hostibus et p̄ser-
 tim infidelibus p̄ferēdi sunt alijs. Simi-
 liter qui p̄pter debita excruciant̄ in carce-
 ribus penis et supplicijs. Nam si pauper
 afflictionis sue tpe nihil impetrat a te: vel
 quo iniuste rapit̄ ad mortē: plus apud te
 pecunia tua valeat q̄ vita morituri: nō est
 leue peccatū: vnde. xij. q. ij. c. sicut oīno. di-
 cit glo. q̄ ecclesia nō solum suis captiuis s̄
 etiā extraneis tenet subuenire. Et hī dicū-
 tur captiui qui ab hereticis vel gentilibus
 capti sunt: vel a talibus vbi timef̄ piculuz
 corporis vel anime: tales tenet̄ redimere
 ecclesia: et etiā quilibet priuatus: et allegat
 ibidem iura. Septimo debilitas: qz claudi

ceci: valitudinarij debēt p̄ferri sanis: imo
 s̄m leges qui laborare potest et se immiscet
 elemosyne: redigit̄ in impatoris seruitu-
 tem. C. de men. vali. l. j. li. xj. et sic danda ē
 elemosyna paupibus qui non possunt ope-
 rari manibus: vt. lxxxij. dist. c. j. Quod sa-
 ne intelligendū est de his elemosynis que
 tendunt ad alimenta vel ad sustentationē
 corporis: sicut est pascere: potare: vestire:
 hospitari. Nam cum sint imeriti: dignum
 est vt egestate laborent. Secus est de alijs
 vt visitare infirmū: redimere captiuum: s̄
 saltem non timef̄ peiora: et sepelire mor-
 tuos. Verūtamē i extrema necessitate nul-
 li est elemosyna deneganda: vt. lxxxvj. di-
 c. pascere fame morientē: et. c. non satis est.
 Nec histrionib⁹ nec venatoribus nec me-
 retricibus est deneganda in necessitate: qz
 tūc in tali nō honorat vitiū sed naturā: vt
 eo. c. qui venatorib⁹. Unde nec in necessi-
 tate neganda est excommunicatis: vt patet
 xj. q. ij. c. quoniam multos. in fi. Octauo mo-
 dus: vt nō totum vni nec simul effundant̄
 opes: s̄ discrete dispensent̄: nisi forte quis
 ex toto vellet relinquere seculum: vt patet
 lxxxvj. dist. c. fratrem nostrū. s̄. in ip̄a libera-
 litate modus adhibendus est rerū et p̄so-
 narum. Rerum vt non omnia vni sed sin-
 gulis quedā prestent̄: vt pluribus p̄desse
 possimus: iuxta illud p̄s. Dispersit dedit
 pauperibus. Personarū vt primū iustis:
 deinde peccatorib⁹ quibus p̄hibemur: nō
 quia homines sunt sed quia peccatores.
 Non nobilitas: id est verecundia que in-
 genuos prodit natales: quod p̄sertim at-
 tendit̄ in his qui ex diuitijs sine vitio suo
 ceciderunt in egestatem. Dicit enim Boe-
 cius: q̄ inter omnes aduersitates fortune
 infelicissimū genus infortunij est fuisse fe-
 licem: lxxxvj. dist. c. dominus. vbi subdit.
 Consideranda est in largiendo etas atqz
 debilitas: nōnunq̄ etiam verecundia que
 ingenuos p̄dit natales: glosa. Nota vere-
 cundia esse signū nobilitatis: vnde q̄ no-
 bilitas talis attendit̄ debet in dandis ele-
 mosynis legif̄ in vitis patrum de quodaz
 qui singulis petentibus elemosynam da-
 bat: ad quem cum venisset mulier vestita
 vilibus: aperiens manū voluit dare mul-
 tū: et clausa est manus eius leuans parū: ve-
 nit aut̄ alia b̄n vestita q̄ vidēs vestes illius
 misit manū volens leuare parum sed aper-
 ta est leuans multū. Qd̄ admirans inquit
 r. iij

fuit de illis mulieribus. et cognouit quod mulier bonis utens vestibus: erat de honestis mulieribus que venerat ad paupertatem: et pro opinione natalium erat induta bonis vestibus: alia vero accipienda causa vilibus se induit magis pius ergo est subuenire pauperibus nobilibus et honestis: verecundis: paupertatemque dissimulantibus quam effrontibus ostentant mendicantibus. Tertio proinde queri potest: de quibus facienda est elemosyna ut possit fieri facienti. Ad hoc dicendum: quod extra de deci. c. ex transmissa. tenet glo. quod non solum de rebus licite acquisitis debet fieri elemosyna: sed etiam de illicite acquisitis fieri potest elemosyna: et dari debet decima: si de illis non competat repetitio: et dominium transferat: et sic meretrix: histrio: et qui de inanimata iniquitatis viuunt: id est pro sollicitudine temporalis: etiam contra diuina mandata acquirunt: debent decimam dare et elemosynam facere. Sacerdos tamen non debet a meretrice decimam recipere ne videatur impunitatem prestare. Verum tamen Hein. boyc hac questionem lucidius persequens: illam distinguit: dicens: quod aliquando quedam acquirunt licite et a bono: et ex talibus bene acquisitis et a bono debet fieri elemosyna: quod tunc fructuosa erit. xliij. q. v. c. Elemosyna redemptoris nostri oculis ista placet: que non ex illicitis et iniquitate congeritur: sed que de rebus concessis et bene acquisitis impenditur. Aliquando sunt licite acquisita sed a malo: et tunc licet de eis possit fieri elemosyna: non tamen prodest facienti: ut ea. q. c. scriptum est: scilicet Proverbia. xv. Victimae impii abominabiles deo: vota iustorum placabilia. Itaque enim in omnipotentis dei iudicio quid: sed a quo deus inspicitur. Hinc est enim quod scriptum est: Respexit dominus ad Abel et ad munerum eius. Expediit tamen agere bonum opus misericordie vel penitentiae: quod licet nondum mereatur in his operibus vitam eternam: nullo modo tamen manebunt sine remuneratione: ut de penitentia. di. v. c. falsas penitentias: ubi subdit. Nec tamen desperet: interim quicquid boni facere poterit hortamur ut faciat: ut omnipotens deus cor illius illustret ad penitentiam. Si vero illicite sunt acquisita: tunc si non sunt in bonis alicuius domini illicite acquisita: puta episcopus: clericus: vel monachus venationi deditus ex venatione aliqua acquirat contra preceptum ecclesie: quod legitur de tali venatione in clemen. de statu

mona. c. ne in agro. §. porro. per totum. et sic dicitur illicite acquisitum: quia contra prohibitionem iuris positum: non tamen iniuste: quod nulli fit preiudicium cum presupponitur ibi quod ius venandi in illo loco habeant: licet venationi presentiam personalem exhibere non debent: ut ibi precipitur. Et a simili intelligitur omne lucrum illicite: licet non iniuste acquisitum: ut in festis etc. quod de eis potest fieri elemosyna sicut in presenti casu de illicite acquisitis potest fieri elemosyna. Aut sunt acquisita in bonis alicuius domini eo invito: in quo casu nullo modo potest elemosynas facere: sed tenetur restituere: ut. xliij. q. v. c. forte aliquis cogitat. Et dicit multi sunt christiani diuites et auari: non habeo peccatum si illis abstulero et pauperibus dederero: vnde enim illi boni agunt mercedem habere poterunt: sed huiusmodi cogitatio ex calliditate diaboli suggeritur: nam si totum tribuat quod eis abstulerat: auget potius peccatum quam minuat: hec Augustinus. Et in hoc casu concurrunt vis compulsiva et vis ablativa: et sic secundum quosdam visura: furtum et rapina reputatur. Si vero iniuste acquirunt domino ignorante: tunc etiam de eis elemosyne fieri non possunt ut. xliij. q. v. c. immolantis ex iniquo oblatio est maculata. Et in hoc casu cadunt qui res inuentas non habitas pro derelicto abscondunt: ut ea. q. c. Multi sine peccato putant esse si alienum quid inueniunt teneant: et dicunt deus mihi dedit: cui habeo reddere? Discant ergo hoc peccatum simile esse rapine: si quis inuenta non reddit: hec Hieronymus. Item Augustinus. Si quid inuenisti et non reddidisti rapuisti quantum potuisti: fecisti: quod non plus inuenisti quam alienum negat si posset et tolleret: deus cor interrogat non manum. Aut acquirunt iniuste domino tradente: et tunc si versatur turpitudine ex parte accipientis tamen: tunc in illo casu non potest accipiens elemosynas facere: sed tenetur restituere: et in hoc casu cadunt omnes facientes contractus usurarios propter improbum lucrum. Et secundum quosdam omnes usurarii et aduocati exigentes immensa salaria et imoderata. Similiter medici qui emungunt egrotos qui tamen sepius defacili curari possunt. Et officiales qui per imoderatam probitatem plurima extorquere solent. xliij. q. v. c. non sane. vide per totum. Aut versatur turpitudine ex parte dantis tamen: ut ubi meretrici datur precium scorti: et hoc accipiens retine-

re potest vel elemosynas inde facere. Et si proprie dicitur turpe lucrum: quia propter lucrum illud sustinent: ut opprobrio habeantur: ut dicitur per Augustinum. *Ethic.* Aut versatur turpitudine ex parte utriusque: et tunc non potest elemosyna inde fieri: nec etiam debet danti restitui: sed illi persone vel ecclesie in cuius iniuriam data est: exemplum primum: ut pecunia data iudici ad ferendum iniustum iudicium restitui debet non danti sed illi in cuius iniuriam data est: unde dicitur. *xj. q. iij. c.* non licet iudici vendere iustum iudicium propter iniustum. Sed hoc interest quod iudex accipiens ut iustum det iudicium tenetur restituere danti. Si vero ut iniustum tenetur restituere illi in cuius iniuriam suscepit. Et simili modo dicitur de pecunia data testibus propter iniquum testimonium ferendum: ut. *xij. q. v. c.* non sane. *Advocatus tamen potest vendere iustum patrocinium: et iuris peritus versus consilium: dummodo cum debito moderamine hoc faciat: ut patet ibidem. Verumtamen ut dicitur glosa in dicto. c. non licet. xj. q. iij.* Si sine labore dare potest consilium: non renouendo libros: nec laborando in plegendis allegationibus: tunc gratis tenetur subuenire: quod si causa iniusta est non debet eam advocatus vel iuris peritus assumere: nec patrocinium vel consilium vendere: sed potius eam acceptam vel assumptam debet deserere postquam preceperit eam esse iniustam: hec glosa. et allegat iura. Quarto autem queri potest utrum id quod iniuste extortum est debeat pauperibus erogari vel ablati restitui: aut in quibus casibus debet erogari et in quibus restitui. Ad hoc respondet Hein. boye. extra de iudeis. in. c. cum sit nimis absurdum: quod si scitur a quo est extortum sed non reperitur: tunc debet erogari pauperibus: ut extra de usuris. c. cum tu. ubi subdit. Cogendi sunt per penam quam statuimus: continuo eas his a quibus extorsere vel eorum heredibus restituere: vel his non supstitibus pauperibus erogari. Si vero scitur qui sunt et reperitur: tunc si est acquisitum in detrimentum terre sancte: debet nihilominus erogari in subsidium terre sancte: ut extra de iudeis. c. ad liberandam: vide processum. Si vero secus est acquisitum: sed illi a quibus est extortum non habent actionem seu ius repetendi: et tunc potest seu debet pauperibus erogari: ut patet *xij. q. v. c.* non sane. h. sunt alie: ubi tangit de salariis imoderate que recipiuntur ab officialibus: nec tamen repetuntur ab eis: nisi cer-

tum sit salarii eis constitutum: et tunc secundum quosdam dari potest pauperibus: consultus tamen est quod ei reddat a quo imoderate recepit si non est dives: vide textum ibi cum glosa: quod si ius habent vel actionem repetendi tunc non debet pauperibus erogari: sed illis vel eorum heredibus a quibus extortum est ut in dicto. c. cum tu. Preterea ea que restituenda sunt si non possunt ei mitti fideliter et secure cui restitui debent: tunc pauperibus erogari debent secundum Ray. Hostiense. et Tho. Si vero fideliter et securus mitti poterit: si fieri commode non poterit prestat: circumstantiis: puta quantitate rei debite que est forte modica respectu remotiois loci: que forte longe distat: et illi divitiis cui restitutio facienda est: quod tamen modica potest esse summa rei restituende quod nullo modo debet pro ea velle proximum tamen graviter onerare: et tunc pauperibus erogari potest. Si vero contra res restituenda est magna et distantia loci est modica et tunc debet restitui et non erogari pauperibus. In talibus enim ad arbitrium boni viri recurrendum est. Ad laudem dei.

Utrum et qualiter elemosynas dare sit in precepto: et quomodo sub potestate constituti elemosynam dare possunt: Sermo XXV

Nonora patrem tuum.

De elemosyna corporali quedam in generali prosequendo: primo queri potest utrum elemosynam dare sit in precepto sicut leo papa in sermone de apparitione videtur asserere dicens: In illo magno summoque iudicio tanti estimabitur vel largitatis benignitas vel tenacitatis impietas: ut pro plenitudine omnium virtutum: et pro summa omnium commissorum: et per unum malum illi in ignem mittentur eternum: et per unum bonum isti introducentur in regnum. Ad hoc respondet Thom. secunda. 2. q. xxxij. quod cum dilectio proximi sit in precepto: necesse est omnia illa cadere sub precepto sine quibus dilectio proximi non conservatur. Ad dilectionem autem proximi pertinet quod ei non solum velimus bonum: sed et ut operemur secundum illud. *Joh. iij.* Non diligamur verbo neque lingua. scilicet tamen sed opere et veritate. Ad hoc ergo quod velimus et operemur bonum alterius: requiritur quod eius necessitati subue-

namus: quod fit p elemosynarū corporali
uni largitionē: et ideo ē in pcepto: hinc. lx
xxvj. di. c. non satis. circa fi. Subdit. mise
ricordia cōmunis est vsus: ideo cōmune p
ceptū omnibus officijs: omnibus etatibus
necessaria et ab omnibus est conferenda:
non publicanus: non miles excipitur: nō
agricola: non vrbanus: diues: pauper: om
nes in cōmune ammonentur vt conferant
non habenti. hec ibi. Sed hec intelligēda
sunt scdm q̄ recta ratio requirit: scdm quā
vt ibidē dicit Tho. p̄siderādū est aliquid
tam ex pte dantis q̄ ex parte recipientis:
vt sic assint oportune circūstantie que sem
per requirunt in pceptis affirmatiuis ad
implendis. In dante igit̄ considerandū est
q̄ aliquādo habet aliquid supfluū tā na
ture q̄ psone: id est tā sustētationi vite sue
q̄ suorū quorū curā habet: q̄ etiā decēti cō
seruationi status sui. Et de hoc ex pcepto
debet fieri elemosyna: etiā si pauperes ex
treme necessitatis nō cōpareāt: s̄ illō Lu
ce. xj. Qd̄ sup̄ date elemosynā. Hec opoz
tet excusationē future necessitatis p̄tendere
v̄l p̄siderare vltra pbabilia signa: q̄ s̄ eēt
de crastino cogitare. i. curā supfluā habe
re: sicut fecit Elimelech de quo dicunt He
brei sup Ruth. j. q̄ p̄p̄ famē q̄ acciderat ī
terra illa: multi pauperes recurrebāt ad eli
melech virū Moemi: quia diues erat et po
tens: s̄ p̄p̄ auaritiā suā dux ei fuerat pau
pibus comodare v̄l dare. Et ideo ad euitā
das eorū importunitates exijt de terra isrl̄
cū bonis mobilib⁹ q̄ habebat: s̄ q̄ p̄p̄ ma
lā causā exijt diuino iudicio pegrin⁹ obijt
cū filijs suis in egestate: v̄n reuersa Moe
mi vxor eius in terrā suā ait: egressa sū ple
na. s. filijs et diuitijs: et vacuam me reduxit
dñs. hec ibi. Qd̄ si obijt: que iuste possi
dent etiā licite retinēt. Ad h̄ r̄ndet Tho.
ibidē q̄ tp̄alia bona q̄ diuinit⁹ hōi p̄ferun
tur ei⁹ q̄ dē sūt q̄tū ad p̄p̄tate: s̄ q̄tū ad
vsū nō debēt eius eē s̄ aliorū q̄ ex eis susten
tari p̄t ex illo qd̄ ei supfluit. Hic ait Bas
lius omel. j. Si fateris ea diuinit⁹ tibi p
uenisse: an iniust⁹ ē de⁹ īequalit̄ res nobis
distribuēs: cur tu habūdas: ille nō medi
cat: nisi vt tu bone disp̄satiōis merita cō
sequaris: ille nō patiētie brauijs decoret. Est
panis famelici quē tu tenes nudi t̄rica quā
tu in pelauī p̄suas: discalciaati calce⁹ q̄ pe
nes te marcescit: idigētis argentū qd̄ pos
sides humanū: q̄ circa tot iniuriarū q̄t dare

valeres. s̄ ille. Et Amb. diē sup illō euāg.
homis cuiusdā diuit⁹ fruct⁹ vberes ager at
tulit. Et habet. xlviij. di. c. Sicut hi. Quid
in q̄t avarus iniustū est: si cum aliena nō in
uadā p̄pria diligētius seruo. Q̄ impudēs
dicit: ūppria dicit: q̄ ex q̄bus reconditis in
hunc mundū detulisti: qm̄ in hāc ingressus
es lucē qm̄ de ventre matris existi: a quib⁹
queso facultatibus quibusq̄ subsidijs sti
patus ingressus es? Et infra p̄p̄rius nemo
dicat qd̄ est cōmune: plus q̄ sufficeret sum
ptū et violent⁹ obtētū est: nūqd̄ iniqu⁹ ē de
us vt nobis nō equalit̄ distribuāt vite sub
sidia: vt tu quidē esses affluēs et abūdās:
alijs vero deesset et egerēt? An idcirco ma
gis: q̄ et tibi voluit benignitas sue expimē
ta cōferre: et aliū p̄ virtutē patiētie corona
re? Tu vero susceptis dei munerib⁹ et in si
nū tuū redact⁹: nihil reputas agere ūquū
stā vite multorū subsidia solus obtineas:
hec ibi. Unde p̄cludendo dicēdū est: q̄ si ī
paupe apparēt euidentia signa necessitatis
extreme tūc certū est q̄ dare tenet: et mor
taliter peccat nō dādo. Si vero signa māi
festa extreme necessitatis nō apparēt tūc
illi dare nō tenet: s̄ distribuere sibi pōt su
pflua: s̄m qd̄ sibi videbit̄ oportunū: dūmō
tū p̄tribuat. Alio q̄n em̄ auditurus est. Ite
maledicti r̄. Esurui em̄ et nō dedistis mi
hi māducare. Secūdo vero quōq̄ ex par
te dantis est aliqd̄ supfluū nature: sed tū ne
cessariū est ip̄i psone scdm decētiā sui stat⁹.
Et de tali tenet ex pcepto dare elemosynā
in extrema necitate recipiētis: als̄ at nō ni
si de p̄silio superogatiōis. Ratio prior est:
quia necessitas absoluta in primo necessi
tati nostre conditionate p̄ferēda est: ita tū
quod id qd̄ mihi supfluū modo est: in pri
mo tēpore nō sit mihi necessariū: vnde de
tali necessitate primi indigētis diē Amb.
li. de offi. et habet. lxxxvj. di. c. Non satis.
circa finē: vbi dicit̄ Pasce fame morientē:
q̄squis em̄ homines pascendo seruare po
teris: si non pauisti occidisti: vnde tū in h̄
casu ligat hoc pceptū: q̄ vt diē Amb. in
dicto. c. Sicut hi. Tūc minus est criminis
habenti auferre q̄ talit̄ indigenti negare.
Tertio deniq̄ ex parte dantis quōq̄ totū
est necessariū nature sue et suorū quicqd̄ ha
bet: et de illo nō debet elemosyna fieri: q̄ s̄
esset p̄tra ordinē charitatis: cū hoc esset si
bi suisq̄ subtrahere necaria vite: ordo ve
ro charitatis prius incipit a seipso: nisi sal

tem aliquo modo sciret recōpensare per aliam viam suā et suorum necessitatē: vel nisi talis casus immineret ut sibi subtrahēdo tali daret: per quē ecclesia vlt̄ respública sustētare: qz p̄ talis p̄sone liberatione se suos q̄s laudabiliter periculo mortis exponeret cum bonū cōmune sit propriū preferendū: sicut illa vidua Sareptena fecit: que de sibi filijq̄s sui necessario prophetam Melyam paruit: ut patet .iij. Regum. xvij. Secundo queri potest ex quo ut prius dictum est in dicto capitulo. Non satis. nullus excipitur ab elemosyna conferenda: vtrum etiā omnis sub potestate constitutus indifferēter dare eandem potest. Ad hoc respōdet Richardus super. liij. distin. xv. q̄ ordo naturalis hoc exigit: ut a superioribus inferiora regulent: et illi qui sub aliena sūt potestate constituti: de eis ex quibus aliis subijciuntur: ordinare non debent alie q̄ eis commissum fuerit a superiorib⁹. Et quia nullus alteri subditus est q̄tū ad interiores intellectus et voluntatis actus nisi soli deo: ideo de illis bonis elemosynam omnibus facere licet: vtpote: orando: corripiendo: remittendo: ac alia pietatis opera spiritualia perficiendo: de quibus late tractavi in sermonibus de tribus partib⁹ penitentie. Verumtamen de rebus exteriorib⁹ scōm quas alicui superiori quis subijcitur: non debet nec potest elemosynam facere: nisi quatenus illi fuerit a superiori commissum vel permissus. Et ideo generaliter quicumq̄ acceperit aliquid ab alto: legitimum dandi potestatem non habente: tanq̄ iniustum tenetur restituere. Ad cui⁹ euidēntiam sciendum: q̄ principaliter quatuor sunt hominum genera aliorum potestati subiecta: que non possunt elemosynā facere nisi sub certis modis eis a iure vlt̄ approbata consuetudine aut etiam a superiore eis concessis: scilicet vxores: proles: clientēs et profitentes. Omnes isti in extrema necessitate dare possunt elemosynam indistincte. Mirum cum et in hoc casu licet etiam furari: eo q̄ talis necessitas facit omnia communia. Extra tamen casum extreme necessitatis indifferēter dare non possunt: quod patet: quia mulier que minus subiecta videtur et equalis viro q̄tum ad actum matrimonialem iudicatur in his q̄ ad dispensationē dom⁹ p̄tinēt viro subiecta: nec facei pōt elemosynā nisi eo mō q̄ seq̄t.

Pro quo sciendum scōm Scotū in. liij. distincti. xv. q̄ vxor de rebus viri: scilicet pane: vino et huiusmodi: que de approbato more solent ad dispensationē vxoris p̄tinere: potest moderatas elemosynas facere scōm facultatez viri sui: et maiorem vlt̄ minorem multitudinem pauperum. Non tamen dare potest excessiue respectu facultatum nisi de consensu: nec etiam de alijs rebus sue dispensationi nō cōmissis: nisi ut dictū ē in extrema necessitate: vlt̄ nisi res parafernales vlt̄ pprias haberet p̄ter dotē: vbi de consuetudine parafernales vxoris sūt. Parafernales autē dicunt illa bona q̄ mulieri obveniūt post m̄rimoniū titulo donatiōis: successiōis: legatiōis: ecōtra q̄ habet ante m̄rimoniū et portat ad vix suū dicūt dos: donatio vero ē illō qd̄ a viro demane dat mulieri in surrectiōe: ut curtā domū vlt̄ simile ad vitā ei⁹. Quicqd̄ igit̄ de consuetudine patrie mulieris est: de hoc elemosynam dare potest: de alijs autē non nisi ut dictus est. Si tamē esset lucrosa ita q̄ exhibita debita gubernatione domus opibus suis lucraretur: tunc etiā de hoc dare posset: nec intellige deducendo expensas victus sui: quia vir tenetur ad omnia huiusmodi: tanz propter dotem q̄ propter obsequium. Quod si mulier in secundo matrimonio filios habet ex primo: qui nō habēt aliquā actionē p̄tra matrē: nō pōt illa p̄tra mariti p̄hibitionē aliqd̄ eis dē dare: nisi sic alijs pauperib⁹: Secus tñ si habēt aliquā actionē: ut qz obligata ē eos alere. s. cū sint ipuberes: vlt̄ qz ambo coniuges eoz bona possidēt: aut alia iusta cā: tūc em̄ et marit⁹ tenet illos alere: quia marit⁹ cū suis onerib⁹ ad marituz trāsijt: qz tamē maritus habet administrationē rerū nō debet eos als vxor alere: nisi in extrema necessitate. Preterea viro existente p̄digo si celat vxor aliquid bona fide de rebus cū viro cōmunibus: ut sibi et viro suo tēpore p̄uideat: qui eas male consumeret: non peccat: nec viro p̄hibenti vel repetenti tenetur obedire: quia reddendo iuuaret eum ad peccatum. Contra si vxor viderit virum tenacem: superflua tamē habentem tam nature sustentationi q̄ etiam decentis status conseruationi: tunc vxor sibi conscientiaz formare debet: q̄ marito non displiceat elemosynam dare: licet aliquando prohibet. Hoc em̄ quādoq̄ faciūt ut vxores temperent nō a toto s̄ ab excessu

Potest etiam formare sibi conscientiaz ex
 miseria pauperis: cogitans q̄ si marit⁹ vi/
 deret vtiq̄ sibi placeret vt eius miserie s̄b/
 ueniret. Et sic cogitare potest vtilit̄ velle
 gerere negōciū: viri sui ad salutē aīe. Et ge
 neraliter nota: q̄ si vir furtum fecerit vel
 aliquid iniuste acquisitum aut retentum
 apud se haberet: potest illud mulier resti/
 tuere etiam contradicēte marito. **¶** Si ve
 rus possessor: et ei⁹ heres ignoratur: potest
 inde elemosynam facere etiam inuito ma/
 rito: nisi maritus eius verum dominū fur
 ti cognosceret: tunc enim ipsa non debet il
 lud alienare: sed virum suū efficaciter ad
 restitutionē inducere. Si vero res ipsa con
 sumpta est tūc potest vxor: si vir expresse nō
 contradixerit: negotia mariti gerēdo et se/
 ipsam exonerando extimationem de bonis
 cōmunib⁹ restituere vel in elemosynas da
 re: si cui restituenda sit ignoratur. **¶** Si cō
 tradicente viro hoc faceret bona fide: licet
 ad hoc non teneatur: non tamē esset illi pe
 nitentia iniungenda quasi pro mortali.

¶ Secundo proles: nam filii familias licet
 vti potest rebus parentum ad propriam ne
 cessitatem: tamen scdm̄ Tho. ibidem nō
 potest alijs dare: quia quis est heres non
 tamen adhuc est dominus rerum: nec per
 consequens est in ei⁹ potestate paterna he
 reditas. Qui ergo recipiunt ab eis elemo
 synas extra articulus extreme necessitatis
 tenentur ad restitutionē: nisi darent elemo
 synam moderatā in pane: vino et similib⁹:
 que non inferunt parentibus sensibile dā/
 num: de quibus constare potest q̄ parenti
 bus placet. Et idem iudicium est de furio
 sis: amentibus: pupillis et adhuc sub tuto
 ribus vel curatoribus existentibus. **¶** Serū
 tamē si filii familias existēs adhuc in pa
 terna potestate habuerit aliquod peculū
 castrense: id est quod ei datū est a patre vel
 alijs occasione militie: vel ipse sibi acq̄rit
 ex militia: vel peculū quasi castrense: qd̄ .s.
 ex aduocatione vel alio officio publico p/
 cipit: vel etiā quod obuenit p̄sbyter⁹ et cle
 ricis ex officio suo ecclesiastico: tūc de his
 facere potest elemosynas scdm̄ Ray. qz q̄
 tum ad hoc pater familias cōsetur: **¶** De ad
 uēctio autē: id est qd̄ ex alia quacūq̄ cau
 sa filio aduenit: siue a matre: siue ab extra
 nea p̄sona: siue de alijs operatiōib⁹ vel la
 boribus suis nō potest filius elemosynam
 facere: qz licet filio in hoc seruet̄ p̄prietatē

et si pater premortu⁹ filij est: tamē q̄diu pa
 ter viuit in eo plenū vsufructū habet. Si
 militer de p̄fectio: id est qd̄ de rebus pa
 tris v̄l eay occasiōe aduēct: vt fructus siue
 lucrū: fili⁹ elemosynā dare nō pōt: qz nihil
 iuris in eo habet: nisi tū quo ad spem suc
 cessionis: si tū fili⁹ esset in schol̄ de licētia
 patris: v̄l in peregrinatiōe tūc dare posset
 elemosynā: tā de p̄fectio q̄ de aduēctio

¶ Tertio clientes: nā s̄m̄ Tho. in. iiij. di.
 xv. Seruū ancille et famulū quis etiā sint li
 bere cōditionis nō possunt elemosynas da
 re de rebus dñoy suoy sine eoy consensu:
 nisi panē et h̄mōi q̄ nō inferūt sensibile no/
 cumentū: etiā si ipse famulus esset dispen
 sator rerū: qz nō ponit̄ dispēsator quasi po
 testatē aliquā in re domini sui habens: sed
 quasi ad vtilitatē dñi tractans. **¶** De precio
 tū p̄prij seruitij libere dare p̄t. **¶** Quar
 to p̄fitentes scz in religiōe paupertatē volū
 tariā: elemosynā dare nō possūt s̄m̄ Ray.
 quia nihil habēt. xij. q. j. c. nō dicatis: nisi
 forte aliq̄s administrationē aliquā habue
 rit: tūc em̄ potest et debet elemosynā facerē:
 quia quicq̄d religiosus sup̄ est in pias cau
 sas erogandū est: vt patet. xij. q. j. c. qz tua
 vbi subditur. **¶** Cōmuniter autē viuētib⁹ iay
 de faciendis portionibus vel exhibēda ho
 spitalitate et adimplēda misericordia a no
 bis quid erit loquendū: cū omne quod su
 perest necessitatibus: in causis pijs ac reli
 giosis erogandū est: domino magistro om
 nibus dicente: quod superest date elemosy
 nam et omnia munda sunt vobis: hec Grego
 go. angloꝝ ep̄scopo. Si tamē esset talis
 administratio de qua statutū esset: qz quic
 quid superest ad mōasteriū v̄l aliq̄e specia
 lem vsu refundat: vt in quibusdā priora
 tibus: tunc elemosynas excessiuas sine cō
 sensu facere non debet. **¶** Si monach⁹ de
 voluntate abbatis vadit Romā vel stat in
 studio: tunc scdm̄ Ray. moderatas elemo
 synas facere potest: quia eo ipso qz dedit il
 li licentiam eundi vel etiam standi: subin
 telligitur ei licentiam concessisse faciēdi ea
 que scholares et peregrini de honestate fa
 cere solēt. Et addit Tho. scda. 2. et in. iiij.
 qz etiā citra extremā necessitatē posset mo
 nachus aliquod modicū dare absente ab
 bate sub spe ratihabitōnis: nō tamen eo p̄
 sente: vel quando probabiliter crederet qz
 abbas non consentiret nisi fuerit extrema
 necessitas. Ad laudē dei.

De accidia et filiabus eius: scilicet malitia: desperatione: pusillanimitate: rancore: torpore: et mentis euagatione: Ser. XXVI

Onora patrem tuum.

H Exod. xx. Tertio denique parentes eternales honorare debemus: eis iugiter et indefesse cum omni affectu seruendo et gratias agendo: ut sic intelligat: honora patrem tuum qui te creauit et imagine propria insigniuit: qui te redemit et propria carne et sanguine pascit. Et hoc tripliciter. Primo per omnibus beneficiis et donis tam naturalibus quam gratuitis: deuotas et ingratias gratiarum actiones referendo: ad quod te monet tota scriptura. Similiter omnis creatura que suo modo creatoris suum laudat: vnde Job xxxviii. respicit pigros dicens: Ubi eras cum me laudaret simul astra matutina: et inubilarent omnes filii dei. In lectulo domine. Ad hoc etiam excitat propria natura: quia secundum philosophos in corpore humano insensauit tot membra quot sunt dies in anno: ut ex hoc intuitu naturali informetur quod nulla dies te transire debet sine diuina laude et gratiarum actione. Secundo debemus eum honorare: omnes actiones: locutiones: affectiones et cogitationes nostras in sui laudem et gloriam referendo. Ad quod hortatur apostolus dicens Col. iij. Omnia quecumque facitis in domino aut in opere: omnia in nomine domini nostri iesu christe facite. Et ex hoc actiones tue non censentur humane: sed angelice et diuine. Nam eis quodammodo celestem formam imprimis cum in eis solum honorem diuinum intendis: sic contra maximam deo iniuriam irrogant: qui in actibus suis ostentationem propriam aut humanam complacentiam aut aliquid homini querunt. Tertio debemus eum honorare per omnibus et super omnia diligendo: ad quod potissime moueri debes: ex eo quod in tantis amoris beneficiis te diligendo peruenit: ut omnem ingratitude et tepiditate amoris sui a corde tuo procul expelleret: ut si te quandoque piguisset amare iam non pigeat reamare. Sed hunc honorem plurimum impedit accidia que secundum Damascum est quedam tristitia aggrauans: que scilicet ita deprimit animum hominis ut ei nihil libeat agere: et ideo accidia importat quoddam tedium operandi bonum: precipue diuinum: iuxta

illud psalmi. Omne escam abominata est anima eorum. Ex quo patet quod duo sunt nomina huius vitij: scilicet tristitia et accidia: cuius ratio est: quia in isto peccato est auersio a spirituali bono quod estimatur graue vel grauare: sicut est vigilare: ieiunare et orare etc. et ratione huius dicitur tristitia que opponitur leticie spirituali. Nam affectus tristicie datus est homini ut doleat de peccatis propriis et alienis: de dilatione patrie: de imperfectioe vite et de similibus: sed nunc mutat et ducit in diffidentiam: desperationem: et irratiabilem merorem: et opponitur leticie spirituali: ita quod affectus gaudij qui datus fuit homini ut gauderet in deo et in spe eternorum bonorum et intuitu beneficiorum dei: et in bonis operibus et omnia vana et inutilia fastidiret: modo pervertitur in dissolutionem et vanitatem et insanias falsas: ita quod gaudet de affluentia reum bonorum: voluptatum: de risu: fabulis: turpibus ludis et similibus: et omnia que dei sunt fastidit tanquam insipida. Et sic secundo in isto peccato fit conuersio ad creaturam in qua querit finale quietem que estimatur leuis: et ratione huius dicitur accidia que opponitur fortitudini que consistit in aggrediendis arduis et sustinendis aduersis. Nam per accidiam habet anima tedium de omni spirituali difficili: et inuenit opera virtuosa et bona quasi acetosa. Hic queri potest utrum accidia potest esse peccatum et precipue mortale. Respondetur cum secundum philosophum in. ij. Ethicorum. passionibus non laudamur neque vituperamur: sed accidia est passio quedam: est enim quedam species tristicie ut dicit Damascus. Ad hoc respondet Thoma. secunda. 2. q. xxxv. quod accidia secundum Damascum est quedam tristicie aggrauans: que scilicet ita deprimit animum hominis: ut nihil ei agere libeat: sicuti ea que sunt acida etiam frigida sunt et ideo accidia importat tedium quoddam operandi. Et huiusmodi tristicie passio secundum se quidem non est peccatum: quia secundum se non nominat aliquod laudabile vel vituperabile: sed secundum quod applicatur ad aliquod bonum dicitur laudabile et contra vituperabile secundum quod applicatur ad aliquid vituperabile. Exempli gratia: tristitia de vero malo cum fuerit moderata nominat aliquod laudabile: sed tristitia de vero bono: vel etiam tristitia immoderata nominat aliquid vituperabile. Verumtamen accidia que est torpor mentis: bona negligentis inchoare semper est mala. Et hoc dupliciter. Nam quandoque est mala

scdm se: cum scy fit de eo quod est vere bonum licet sit apparens malū: sicut tristitia que est de spiritali bono. Nam cū spiritali bonū sit vere bonū: tristitia q̄ est de spiritali bono est scdm se mala: sic eoduerso delectatio dicitur scdm se mala que est de eo quod est apparens bonū et vere malū. Quandoq; vero tristitia mala est scdm effectum tm̄: quando scy sic tristitia de vero malo hominez aggrauat et eum totalit̄ ab opere bono retrahit: et sic etiā est peccatū. Hinc apostolus. ij. Corinth. ij. Nō vult vt penitens maiori tristitia absorbeat: non tamen semper est peccatum mortale. Sed accidia ex suo genere est veniale peccatū: qz s; Augusti. Accidia est rediū eterni boni: hoc autē nō opponitur charitati sed inducit diminutionē feruoris charitatis: in quo consistit omne veniale. Istud ergo tertium vt dicitur in cōpendio potest accipi tripliciter. Vno modo prout est purus motus naturalis: et sic nullum est peccatum. Alio modo prout est motus appetitus cōtristati de opere spiritali laborioso: et sic ē veniale: quia etia ille appetitus sit deliberratus: quia consensus in veniale nō est nisi veniale. Tertio put redundat in omīssione eorum que sunt necessaria salutē: ita q̄ motus accidie pertingit vsq; ad rationē que consentit in fugam: horrozē et detestationē diuini boni: carne contra spiritū omnino preualēte: et tunc est mortale peccatū. Et potest quis dici quattuor modis accidiosus. Primo modo cuz quis per quandā detestationem et horrozem ad diuina voluntarie omittit ea perficere. Secundo modo cum quis ex quadam negligentia omittit ea perficere ad que obligat alienis nimis implicatus. Tertio cum quis nolēs ex verecundia vel aliquo alio extrinseco coactus cum tristitia perficit aliqua bona spiritalia. Quarto cum nimium deijcitur et contristatur etiam de vero malo ex quo redditur ineptus ad bona spiritalia perficienda. Deinde queri potest quot sunt filie accidie: presertim cum a doctoribus ponatur esse vitium capitale. Ad hoc respondet Grego. xxxj. moralium. q̄ sex sunt filie accidie. Prima filia dicitur malicia que non accipitur hic scdm q̄ est genus vitiorū: sed q̄ quis detestatur bona spiritalia. Quā autē accidia causat vel generat maliciā ex hoc patet: quia accidia proprie attendit in de-

testationem bonorum spiritalium et tanq̄ nulla vel vilia contemnendo. Et sic generaliter malicia a qua procedit q̄ aliquis bona spiritalia deliberate fastidit: contemnat et detestetur. Et sic malicia multum aggrauat peccatū accidie pessima filia detestande matris. Nam molto grauius q̄s peccat ex certa malicia ceteris paribus q̄ ex passione: quia ibi mouetur voluntas in malum ex seipsa et ex electione: hic autē ex passione quasi ex quodam extrinseco impulsu: grauius etiam peccat quis ex passione q̄ ex sola ignorantia: quia ignorantia minuit de ratione voluntarij nō autē passio: et sic ex malicia proprie dicitur peccare in spiritum sanctum: sicut ex ignorantia in filium: et ex infirmitate vel passioe in patrem. Unde peccatum malicie grauius indicatur in genere suo: de quo ps. Dilexisti maliciam super benignitatem: et dicitur irremissibile idē nō ita facile remissibile sicut peccata ex infirmitate vel ignorantia perpetrata: quia tollit omnia illa que requiruntur ad remissionem peccatorū: nec habet aliquā causā remissionis cuz ex certa malicia et electione perpetratur reddens operantem obstinatū: ita q̄ contemnit subire humilitatem penitentie. Secunda filia accidie dicitur esse desperatio: quia diffidentia meritorum est mater diffidentie premiorum ex qua iterum nascitur tristitia. In accidia autem est talis diffidentia: quia accidia est diffidentia de proprijs viribus et de auxilio dei in implendo ardua: et sic causat desperationem: que est etiam peccatum in spiritum sanctum. Notādū tamē scdm Heinricum de vrimaria: q̄ si labatur aliquis in desperationē ex infirmitate vel ex grauitate complexionis: et de hoc dolz et renititur inq̄tum potest: sic desperatio non est peccatum nisi forte veniale. Si autem hoc contingit ex errore vel deceptione: puta si estimat obsequium se prestare deo si seipsū occidat: sic desperatio est peccatū mortale. Si vero quis desperet ex certa malicia vel ex electione: vt diffinitue dicat cum Layn maior est iniquitas mea q̄ vt veniam merear: sic est peccatū mortale in spiritum sanctum. De quo tamen clarius videri potest in sermone de peccatis in spiritum sanctum. Tertia filia dicitur pusillanimitas respectu consiliorum christi que nascitur ex diffidentia proueniente ex consideratione pro-

pre infirmitatis: vel ex arduitate operis.

Hic queri potest vtrum pusillanimitas sit peccatum: presertim cum vt dicitur Ecclia. x. Initium omnis peccati est superbia: sed pusillanimitas non videtur ex superbia procedere: quia superbus extollit se super id quod est: pusillanimis autē subtrahit se ab his quibus dignus est. Hinc dicit philosophus in quarto Ethic. q. maxi- me videtur pusillanimis esse q. magnis bonis dignus existit: et tamen his non dignificat seipsum. Ad hoc respondet Thomas secunda. 2. q. cxxxij. q. omne illud est peccatum quod contrariatur inclinationi naturali: quia cōtrariatur legi nature. Inest autem cuiuscunq. rei naturalis inclinatio ad exequendum actionem sue potentie cōmensuratum: vt patet in omnibus rebus naturalibus: tam animatis q. inanimatis. Si- cut ergo psumptuosus excedit proportio- nem sue potentie duz nititur ad maiora q. possit: sic econtra pusillanimis deficit a p- portione sue potentie: dum recusat in eo tē- dere quod est potentie sue cōmensuratum: et ideo sicut presumptio sic et pusillanimitas peccatum est. Inde punitur seruus qui ac- ceptam pecuniam fodit in terram: nec ope- ratus est ex ea propter quendam pusillani- mitatis timorem: vt patet Matthei. xxv. vnde potest etiam ex superbia oriri: duz ni- mis proprio sensui innititur: quo reputat se insufficientem ad ea respectu quorum suf- ficientiam habet. Hinc prouerbior. xxvj. Sapientior sibi piger videtur septem viris loquentibus sententias. Nichil enim probi- bet q. se q. tum ad aliqua deiiciat et q. tum ad alia se extollat. Quarta p. inde filia dici- tur rancor quem etiam causat accidia in q. tum accidia facit irasci et indignari aliquē contra bonos: qui volunt eū inducere ad spiritalia bona: et cum nocumentum con- tra aliquem machinatur: si ipsū inferre nō potest: interius tenet et conseruat iram: in- dignationem et mētis amaritudinem: que omnia importat rancor: vnde rancor ē ira et indignatio inueterata: quia sicut ex cha- ritate nascuntur opera bona ex quibus est confirmatio charitatis: sic ira est accidia: ex accidia vero vetustas ire: quia accidio si sepe reprehensi frequēter ad indignatio- nem mouentur. Nam multi sunt talis na- ture: q. quando quis dicit v. l. facit quod si- bi non placet: semper habent rancorem et

amaritudinem cordis super talem: et hoc ē signum q. nondum causam vel originez ta- lis ire vel rancoris radicitus euulserunt. Unde dicitur in decretis de penitētia et re- missione: di. ij. c. j. Si quis semel notat⁹ fu- erit inuidie vel contentionis vitio: et rur- sum in hoc ipsum incidit: sciat se primaz caucem id est vitium ex qua inuidia v. l. cō- tentio nascitur: in interiorib⁹ medullis ha- bere reconditam. Oportet ergo eum p. cō- traria atq. aduersa curari: id est per humi- litatis exercitium: vt patet ibidem. Alio- quin monet huiusmodi: illud prouerbior. j. Desperistis omne consilium meum: et in- crepationes meas neglexistis: ego quoq. in interitu vestro ridebo. Quinta filia ac- cidie dicitur torpor: q. potissime oritur ex ocio. Nam accidiosus vt frequenter ocioz sequitur: quod tamen summe cauendū ē: non solum in verbis sed etiā in operibus: alioquin detestabilem torporem incurrit. Est autem torpor circa precepta quedaz in- sensualitas vel inusualitas: propter quam homo reduci non potest ad executionē mā- datorum dei: vel torpor est circa prohibita cum scilicet quis nimis securus est et se ni- mis exponit temptationibus vel peccato- rum periculis. Est in q. torpor quedam p- cepta non facere contemnere v. l. amare. Est etiam torpor circa consilia: scilicet nolle p- fectum esse qd. vtiq. est delinquere: bonus non amare: consilia contemnere vel etiam irridere. Hic queri potest vtrum inciden- taliter diuturnitas tēporis ex qua iste ran- cor videtur procedere auget peccatum: p- sertim cum consuetudo mala non solum vi- deatur peccatum alleuare sed etiam excu- sare: vt patet de superfluo ornatu qui tam ex consuetudine nō indicatur superfluous. Ad hoc respondet Gaspar de caldri: extra de eo qui du. in ma. in. c. cuz haberet: q. ex diuturnitate temporis peccatum augetur frequentatum: quia quanto maiori tempo- re inficitur anima tāto magis fit habitus vitij: et per consequens videtur esse maior contemptus dei: ac per consequens maius peccatum: et hoc tangit in .c. cum haberet. dicens q. peccatū von diminuitur sed au- getur ex diuturnitate temporis: et tāto am- plius elongatur a deo: et ideo debilitatur virt⁹ et corrūpit aīa: et p. psequēs difficill⁹ releuatur. Sexta filia accidie est mentis euagatio: et hoc frequēter circa illicita cū q.

dam feda occupatiōe et delectatiōe morosa
vel etiā cōsensu: qz in desiderio ē oīs ocio/
sus: s̄ qñ est p̄ticularis certā habēs materi
am vt gula: luxurie: auaritie: sic p̄uēit om̄i
bus vitijs. Quādo vero generalis ē et in/
certa tūc dicit̄ pp̄rie euagatio q̄ est filia ac/
cidie. Nā q̄ absorptus est cū tristitia nō ha
bens in se vbi delectet̄ euagat̄ ad om̄ia q̄
rens delectationē in ociosis: in vanis: ī fe/
dis: in malignis et similib⁹: in morādo: de/
lectādo: p̄sentiēdo: p̄ponendo: affectādo:
machinādo: sic q̄ cor illi⁹ factū est q̄si spe/
lunca latronū: qd̄ a nob̄ auertat̄ iesus chri
stus. Amen.

Sequūt̄ sermōes de p̄cepto q̄nto.

Utrū licitū sit mortificare ea q̄
discernūt vel sentiūt vel tm̄ viuūt
et q̄ tria requirunt̄ ad iustam occi/
sionem.

Sermo I

Non occides: Ex

n odi. xx. Hoc ē q̄ntū p̄ceptum
in quo p̄ncipalit̄ et explicite p̄
hibetur ira p̄rūpens in iniu/
rias p̄emptorias hūane vite

Secūdario vero et implicite p̄hibet̄ omne
nocumētū qd̄ inferri potest iniuste cōtra
p̄ximū v̄l etiā p̄tra seipm̄: siue nocumētuz
illud fiat ope v̄l manu: vt p̄cutiēdo: muti/
lando: depilādo: vulnerādo: scādalizādo
siue etiā lingua v̄l nutu: vt detrahēdo ex/
cōmunicādo: p̄suadēdo: cōsulēdo: ad pec/
catū deducēdo: nutib⁹ irritādo v̄l allicien/
do: siue dentib⁹ corde v̄l affectu: vt inulden/
do: odiēdo: peccatū cōmittēdo: bonū p̄po/
sitū suffocādo. Sed qz vita corporalis ē sū
damētū oīm alioꝝ: ideo sub isto modo nō
occides: legislator mādatū exp̄ssit. Et s̄m
hoc p̄ceptū istud tripliciter exponi potest.
P̄mo sic: nō occides. i. nihil manu v̄l ope
rep̄ficies: quo vita p̄ximi v̄l tua corporal
v̄l spiritualis iniuste perimat̄ v̄l detrimen
tū patiat̄. Sed qz mādatū hoc homicidi
um corporale p̄ncipalit̄ p̄hibet: ideo de
illo p̄sequendū est in principio. P̄mo q̄ sci
endū s̄m Ray. et Hoff. qz homicidiū corpo
rale cōmitti potest quatuor modis. s. iusti
cia dictante: necessitate instigante: casu ac/
cidente: et voluntate ipellente. Et addi po.

test quintus modus occisionis tpe sc̄z ne
cessitatis extreme elemosynaz aliquo sub/
trahente. Q̄ntum igit̄ ad primum queri
potest vtrū licitū sit occidere p̄ iusticiā: p̄
sertim cū videat̄ esse contra p̄ceptū istud:
licet alibi dñs p̄cepisse dinoscit̄: maleficos
nō patieris viuere. Ex his em̄ Manichei
sumūt causā calūniādi: dicētes: qz legisla/
tor sibiip̄si p̄tradicit et p̄traria p̄cipit. Et p̄
cipue dicunt qz nō licet sacerdotē esse occi/
sorē: quia dictū est Petro: mitte gladiū in
vaginā: et hoc est p̄tra p̄latos ecclesiasticos
q̄ iudiciū exequēdo et ip̄erādo gladios ac/
cipiunt et alios occidunt: vnde Manichei
tāta diligentia mādatū hoc obseruare cu/
rabāt: qz refugiebāt occidere nō tm̄ homi
nes s̄ et bestias et virgultas: qua p̄pter an
tiqui Manichei nolebāt de fructib⁹ arbo
rum carpere et cōmedere. Mirū cū dicit
ap̄t̄ ad Roma. xiiij. Qui ordinationi dei
resistit sibiip̄si dānationē acquirit: sed per
ordinationē diuine p̄uidentie cūcta viuē/
tia conseruant̄. Ad hoc dicēdū s̄m Tho.
sc̄da. 2. q. lxxiiij. et p̄mo q̄ntū ad omnia viuē
tia qz nullus peccat ex hoc qz ad hoc vtitur
aliqua re ad qd̄ est a deo cōdita v̄l ordina
ta. Nā in ordine rerū ip̄perfectiora sunt p̄p̄
fectiora: sicut etiā in via generationis na
tura procedit ab imp̄fectis ad p̄fecta: et in/
de est qz sicut in generatione hominis p̄i⁹
est viuū: deinde animal: et vltio homo: sic
etiā ea que tm̄ viuūt: vt plante sunt cōmu
niter p̄pter animalia: et animalia p̄pter ho
mines: et ideo si homo plantis v̄t̄ ad ani
malia v̄tilitatē: et animalib⁹ ad hominum
v̄tilitatē nō est illicitū. Inter alios aut̄ v̄/
te huius vsus maxime necessarius esse vi
detur vt animalia plantis v̄tant̄ in cibum
et homines animalib⁹ qd̄ sine mortificatio
ne eoꝝ fieri nō potest: et ideo licitū est plan
tas mortificare ad vsuz animalia: et aialia
in vsuz hominū: et hoc ordinationē diuina:
dicitur em̄ Gen. j. Ecce dedi vobis vniuer
sam herbā et vniuersa ligna vt sint vobis ī
cibū et cunctis animātib⁹. Et itez Gen. ix.
Omne quod mouet̄ et viuūt erit vob̄ in ci
bum. Hinc dicit Augusti. j. de ciuitate dei.
Cum audimus non occides: nō accipim⁹
hoc dictū esse de fructib⁹ quia null⁹ est eis
sensus: nec de irrationabilibus animalib⁹
quia nulla nobis ratione sociantur. Et ite
rum ibidē. Iustissima ordinatione creato
ris et vita et mors eoꝝ nostris vsib⁹ subdit̄

Quantū autē ad creaturā rōnalem dīcen-
dū q̄ sicut impfectū ordinat ad perfectū:
et ideo licitū ē occidere aīalia bruta: quia
naturaliter ordinant ad vsum hominū: sic
etiā pars ordinat ad totum vt impfectū
ad perfectum: et ideo naturaliter oīs pars
est propter totum. Hinc videmus q̄ si salu-
ti toti⁹ corporis expediat p̄cisio mēbrī pu-
tridi: tunc laudabiliter abscindit: queli-
bet autē persona singularis cōparat ad to-
tam cōitatē sicut ps ad totū: et ideo si quis
est periculosus cōicati et corrupti⁹ ipsius
p̄pter aliq̄d crimē: tunc laudabiliter occi-
ditur vt bonum cōmune p̄seruet. Modi-
cū em̄ fermētū totā massam corrūpit. Et h̄
intelligit dñs quādo dicit Exo. xxij. Male-
ficos nō patiaris viuere: q̄d tamē nō ē ge-
neraliter intelligendū de omnibus pecca-
torib⁹: q̄ dñs Mat. xij. p̄cepit zizania cre-
scere ne simul eradicaret et triticū: et h̄ p̄se-
sertum qm̄ mali sic latēt inter bonos: q̄ occi-
di nō possent qm̄ occiderent et boni: vel qm̄
multos habent sequaces: ita q̄ sine hono-
rū piculo occidi nō possent. qm̄ hō ex malo-
rū occisione nō immineret piculū bonis: sed
magis tutela et salus: tunc mali debēt occi-
di si fuerint alijs grauiter nocētes. Ex di-
ctis igit p̄: q̄ cū iudex reū iuste cōdēnat
ordine iusto seruato: et minister taliter cō-
demnatū occidit: tunc homicidiū nō ē pec-
catū s̄ meritoriū: dūmō fiat amore iusticie
et p̄ p̄seruatione boni cōis et reipub. hoīs
em̄ occisio fieri p̄hibet ab hoīne nō a lege
q̄ p̄cepit: malefi. nō pa. vi. quoniā de⁹ qui
cōditōr est et p̄seruator legis et nature: pōt
hoīem p̄uari vita qm̄ vult et quō vult. Lex
ḡ d̄r hoīem occidere: qm̄ minister legis euz
occidit seruato iusto legi ordine. Ad cu-
ius euidentia sciendū q̄ tria requirūt ad
h̄ q̄ occisio hoīs fm̄ legē iusta reddat. s. q̄
hoc fiat iusto ordine: iusta etiā et iusto aīmo.
Primo requirit ordo iustus ad interficiē-
dū reum: q̄ malefactorē nō accusatū vl̄ nō
p̄uictū occidere nō licet. vñ Aug⁹. i ome.
de penitētia. Multi corrigunt vt petrus:
multi tolerāt vt iudas: multi nesciunt do-
nec dñs veniat qui illuminabit abscondita
tenebrarū: nos vero a cōione quēq̄ p̄hibe-
re nō possum⁹: nisi aut spōte cōfessū: aut in
aliq̄ seculari vl̄ ecclīastico iudicio noīatū:
vl̄ cōuictū. et. ij. q. j. dicit canon Eleutherij
pape. Nihil p̄tra quēlibet accusatū absq̄
legitimo et idoneo accusatore fiat. Et impe-
rator Cōstantin⁹ dicit ibidē. c. Iudex cri-

minosū discutens: nō ante sentētiā p̄se-
rat q̄ aut reum ipse se cōfiteat: aut per in-
nocentes testes p̄uincat. Ad tenendū igit
tur in p̄uictōe reorū iustum ordinē requi-
runt duo. Primo q̄ puniens habeat offi-
cium iudicis. Secundo q̄ procedat fm̄ or-
dinē iuris: quia nō est dñs sed minister le-
gis. vnde. xxij. q. v. c. j. sup illud Matth.
xxvj. Omnis qui acceperit gladium gla-
dio peribit: dicit glo. q̄ solus iudex occide-
re potest: et hoc tantū fm̄ legem cui⁹ est mi-
nister: nō autem tanq̄ priuata persona: q̄d
patet expresse. e. ti. vbi dicitur. c. miles cuz
obediēs potestatibus sub quib⁹ legitime
cōstitut⁹ ē hominē occidit: nulla ciuitatis
sue lege re⁹ homicidij ē: imo nisi fecerit re-
us imperij deserti atq̄ p̄tēpti erit: q̄ si sua
spōte atq̄ auctoritate fecisset crimen effusi
humani sanguinis incidisset: itaq̄ vñ pu-
nitur si iniussus fecerit: inde p̄uict⁹ si non
fecerit iussus: hoc ibi. Hic queri potest:
vtrū liceat priuate persone malefactorem et
mortis reum occidere: p̄sertim cum Exo. d.
xxij. p̄cepit moyses. Decidat vnusquisq̄
p̄ximū suum fratrem et amicum suum sc̄z
pro peccato vituli cōflatis. Mirum cū
occisio malefactorū sit vtilis reipub. et ho-
no cōmuni. Ad hoc respondet Tho. sc̄da
2. q. lxij. q̄ ex quo malefactorem occide-
re licitum est inquātū ordinatur ad salutē
totius cōmunitatis: ideo ad illum solū p̄ti-
net occidere cui cōmittitur cura cōmunita-
tis cōseruāde: sicut ad medicum pertinet
p̄scidere membrū putridū: quando fuerit
ei cōmissa cura saluatōis corporis: cura au-
tem cōmunis reipub. cōmissa est principi-
bus habentibus publicam auctoritatem:
et ideo eis solis licet malefactores occide-
re: nō autem priuatis personis: nec quidē
laicis: quia quīs cuilibet priuate persone
licitum sit aliquid facere ad cōmunē vtili-
tatem: dūmodo nulli noceat: tamen si fie-
ret cum alterius nocimento: tūc facere nō
potest nisi fm̄ iudicium eius ad quē perti-
net estimare: quid sit subtrahendum parti-
bus pro salute toti⁹. Multominus hoc li-
ceret clericis duplici ratione. Primo quo-
niam electi sunt ad altaris ministeriū in q̄
representatur passio christi occisi: qui cum
percuteretur nō repercutiebat: vt dicitur
prima Pe. ij. Hinc eis nō competit vt sint
p̄cussores aut occissores: quia ministri do-
minū suū imitari debēt: fm̄ illud Eccl. x.
fm̄ indicem populū sic et ministri eius. Se-

*An liceat
factorē occi-
di aut hō
adulterū
occidere ab
magis. q. r.*

cundo qz clericis ministerium noue legis comittitur in qua non determinat pena mutilationis vel occisionis corporalis: et ideo ut sint idonei ministri noui testamenti: debent a talibus abstinere: presertim cum dicit aplos. j. Timo. iij. Oportet episcopum sine crimine esse: non uolentem: non percussorem: unde licet sacerdotes veteris legis maleficos interfecisse legimus: ut patet de phineas sacerdote: qui interfecit israhelitam coeuntem cum madianite: ut dicitur Numeri. xxv. et de Samuele qui regem Achab interfecit: et de Melya qui sacerdotes Baal peremit: et sic de alijs: quia tamen ministerium clericorum noui testamenti constat in melioribus ordinatum quam sint occisiones corporales scz in his que pertinent ad salutem spiritualem: ideo non congruit eis que minoribus se ingerant: quapropter ecclesiarum prelati recipiunt quidem officia principum terre: non ut ipsi iudicium sanguinis per seipsos exerceant: sed que eorum auctoritate per alios exercent. *Non si queritur an liceat interficere furem qui venit ad furandum.* Ad hoc dicens quod furem diurnum non licet occidere nisi telo se defendat: ut extra de homici. c. si perfodiens. Furem uero nocturnum qui non poterat discerni utrum ad furandum vel occidendum uenerat: nec alius poterat deprehendi: licite potest occidi: si tamen sine lesione deprehendi poterat: tenet ille qui eum occidit. Multo magis autem nocturni depulatores agrorum et latrones insidiantes in publicis stratis quilibet occidere potest. Nec patent. xxij. q. v. c. cum homo. in glo. et. l. quando lice. vincu. sine iu. sen. se. v. di. l. j. Additur etiam in dicta glo. quod nullo iure inuenitur quod fideiussor occidi possit si non exhibet illum pro quo fideiussit pro reo criminis: sed si fideiussor sine dolo reum criminis non exhibet pecunialiter punitur si autem dolo eum non exhibet: punitur arbitrio iudicis: ut. ff. de exhiben. reis. l. si quis reum. Secundo principaliter requiritur causa iusta que tunc deest quando quis occidit sine suo demerito licet seruetur iuris ordo: quia forte per falsos testes conuincitur: sicut Susanna ac iudices quadam negligentia torpentes debitam inquisitionem non adhibent: et sic omnes homicide reputantur: qui sententiam iniustam dederunt: aut aliquo modo promotores fuerunt. Sic Habuth ad instinctum regine Iezabel iniuste condemnatus

et occisus est scz propter vineam suam. Sic Ioseph in carcerem missus est: eo quod dominus eius mulieri proprie nimium credulus rei ueritatem non est inuestigatus. *Non si queritur utrum in aliquo casu innocentem interficiens excusetur ab homicidio.* Ad hoc dicendum quod occidere innocentem per falsos testes accusatum et condemnatum: quando excusatur a peccato: nec reputatur per homicidium duplici causa. Prima est: quia talis non condemnatur eum qui est iustus in quantum iustus: sed in quantum est iniustus conuictus et dignus morte probatus: et sic conuictum nocentem condemnatur. Secunda est: quia talis iudex secundum allegata sententiam ferens non occidit innocentem: sed qui eum accusant et falso nocentem asserunt. Si tamen iudex immunis uult esse a peccato: tria debet obseruare que tangit etiam Thomas. scda 2. q. lxiiij. Primum est quod diligentissime testes examinet ut eos valeat de falso testimonio conuincere ac repellere: innocuumque liberare: sicut fecit Daniel Susannam liberans: Unde Job. xxix. *Patet etiam pauperum et causam quam nesciebam diligentissime inuestigabam: conterebam molas iniqui et de dentibus illius aufereram predam.* Secundo si non potest sic perficere: tunc debet eum mittere ad superiorem per eum iudicandum. Tertio si non potest subterfugere quin illum iudicet: tunc debet differre sententiam in quantum potest: tandem uero cum se non potest amplius excusare iuridice nec protrahere quin iudicet: tunc non peccat secundum allegata sententiam ferens: quoniam ipse non occidit innocentem: sed illi qui eum asserunt nocentem. Minister uero innocentem condemnantis si sententia continet intolerabile errorem non debet obedire: quia reus homicidii fieret: alius enim excusarentur carnifices qui martyres occiderunt. *Non si non continet manifestam iniusticiam: tunc non peccat mandatum exequendo: quia superioris sententiam discutere non habet: nec etiam innocentem occidit: sed iudex cui tantum ministerium adhibet.* Tertio principaliter requiritur animus iustus: de quo habet. xj. q. iij. c. episcopus aut presbyter. §. si ergo: ubi subdit. *Ex animo iniusta est sententia: cum aliquis seruata integritate iudicarij ordinis in adulterum vel quolibet criminis: non amore iusticie sed liuore odij vel precio aut fauore aduersariorum inductus sententiam profert.* Et. c. sequenti. unde nec in iudice nec in ministro alia interest

non oportet
interim.

ciendi maleficum potest esse intentio quae zelus iusticie et bonum reipublice. ut patet ibidem in diuersis. c. Ex his ergo patet: quod si aliquod predictorum trium defuerit occisio iniusta reputabitur: et omnes ad hoc sciunt vel negligenter ignorantia crassa cooperantes homicidij rei iure poli iudicabunt. Patet etiam ex dictis quod fallaciter se plerumque vicia mentiunt esse virtutes: dum sub pallio virtutis iusticie plura homicidia: quae grauissima sunt peccata nequam committunt. Hinc Bernus super cantica sollicito superioribus quosdam instruit dicens: quod mens quae in magna celsitudine perfectione contendere nititur: actus suarum virtutum debet in puluerem redigere: hoc est omnes circumstantias et intentiones actuum subtili mentis consideratione discutere: ne aliquid impurum in ipso actu et intentione virtutum valeat latitare: quia multoties aliquis actus virtuosus estimatur: qui si subtiliter discutatur: latens in eo vitium reperitur. Denique ubi haec tria concurrunt: ibidem interfectio reorum est non solum licita sed et meritoria: imo plerumque obligatoria: ut patet. xxiiij. q. v. c. rex debet. An si iudex pretermittat: et in talibus facere iusticiam: principaliter peccat: propter fauorem et sic de alijs: grauissime peccaret: etiam si de maleficio spes emendationis haberetur: quia hoc est vendere iusticiam. Si tamen in eo casu parceret illi principaliter ex compassione et pietate: ac adderet illi secundario satisfactionem pecuniariam: hoc licitum est et pius: putat determinat Augustinus. longo processu. xxiiij. q. v. circumcelliones: verum tamen si non esset spes correctionis: tunc debet eum occidere vel inutilem reddere ad malefaciendum: alioquin grauissime peccaret et omnino malorum particeps fieret: ut patet. xxiiij. q. iiij. c. est iniusta misericordia: ubi ponit exemplum de Agag pinguissimo. Et subinfert textus: Ita si quis latronum filijs deprecantibus motus: et lachrymis coniugis eius inflexus soluendum putat: cui adhuc latrocinandum aspirat affectus: nonne innocentes tradit exitio. id est morte: qui liberat multorum exitia cogitantem. Ubi etiam querit glo. dicens: Cur hic redarguit ecclesia iudices qui reprimunt gladium non occidendo reus: cum. j. q. v. c. j. r. c. de occidendis: precipiat reos non occidat. Et ridet quod hic loquitur de incorrigibilibus ubi dicitur corrigibilibus: et quia ecclesia mitius punit in sanguine quam lex civilis: ideo iudicat corrigibiles esse parcendos: incorrigibiles vero non soluendos vel taliter puniendos quod ad ma-

lefaciendum reddantur inuites. Ad laudem dei omnipotentis.

De occisione alterius propter defensionem sui ipsius vel rerum suarum aut personarum iunctarum et de homicidio casuali: Sermo II

Non occides.

n. **N**isso de homicidio quod fit per iusticiam dictam: secundo loco prosequendum est de homicidio quod committitur propter necessitatem cogentem.

Ad cuius euidentiam primo queri potest: utrum alicui liceat alium occidere se ipsum defendendo ne occidatur: praesertim cum homicidium sit grauissimum peccatum quam simplex fornicatio vel adulterium: sed nulli licet committere simplicem fornicationem vel adulterium aut aliud quodcumque mortale peccatum pro conseruatione vite propriae: quia vita spiritualis est preferenda corporali. Hinc etiam dicit Augustinus ad plebiculam de occidendis hominibus ne ab eis quisque occidatur: non mihi placet consilium ne forte sit miles aut publica functio ne teneatur: ut non pro se hoc faciat: sed pro alijs: accepta legitima potestate si eius congruat persone. Ad hoc respondet Tho. secundum cunda 2. q. lxiiij. quod ex actu alicuius seipsum defendentis: effectus duplex sequi potest. Unus quidem est conseruatio vite propriae. Alius est occisio inuadentis. Actus ergo huiusmodi ex hoc quod intenditur conseruatio vite propriae non habet rationem illiciti: cum hoc sit cuiuslibet naturale quod se conseruet inesse quantum potest: aliquis tamen effectus ex intentione bona prouentis illicitus reddi potest: si non sit finis proportio natus: et ideo si quis ad defendendam propriam vitam utatur maiori violentia quam oportet erit illicitum: si vero moderate violentiam repellit: erit licita defensio: quia finis iura vim vi repellere licet cum moderamine inculpate tutele: nec est necessarium ad salutem ut homo actum moderate tutele pretermittat ad euitandum occisionem alterius: quia plus tenetur prouidere vite suae quam vite alterius: sed quia hominem occidere non licet nisi auctoritate publica propter bonum commune: ideo illicitum est quod homo hominem occidere intendat ut seipsum defendat nisi ei qui publicam habet auctoritatem: qui

scz intendens occidere hominē ad sui de-
fensionem: refert hoc ad bonum publicum
vt patet in milite pugnante cōtra hostes:
et in ministro iudicis pugnante cōtra latro-
nes: quibus isti etiam peccent si priuata fo-
ueantur libidine: si enim quis priuat⁹ in-
tendat hominē occidere vt seipm a morte
defendat: mortaliter peccat et homicidij
cōmittit: sed pprie defensio erit in inten-
tione et interit⁹ aduersarij erit preter inten-
sionem ex sola necessitate: multo magis om-
nibus phibetur defensio que fit cum liuo-
re vindicte. Ad obiectū ergo dicendum qd
nō ē simile de fornicatiōe: quia actus forni-
cationis vlt adulterij nō ordinatur ad pser-
uationē vite pprie ex necessitate sicut act⁹
defensionis ex quo qñq; sequit⁹ homicidi-
um. Superaddit etiā Hein. de vrimaria:
qd si tale homicidium cōtingit ex enitabili
necessitate: vt qz potuit effugere sed nō fu-
git ppter verecundiā vel aliam cām: tunc
nō excusat a toto sed a tanto: qz meli⁹ fuisset
qd fugisset: et ideo tanq; p mortali debz
agere penitentiā. Si vero cōtingit ex in-
uitabili necessitate: vt quia facultatem in-
uasorem effugiendi nō habuit: tunc si nō
occidit liuore vindicte vlt ex impetu ire: s;
amore cōseruationis vite pprie se simplici-
ter defendendo ne vitam perdat: cū mode-
ramine inculpate tutele: hoc pcessum est vi-
ris imperfectis sed nō perfectis vt dic̄ Au-
gu. in li. de lib. arb. et ideo talis excusatur
a toto: qz nō potuit aliter occisionis peri-
culum euadere: nec astringitur ad peniten-
tiam nisi ad cautelam ppter ambiguū du-
bietatis: vt ptz. xxij. q. v. c. ex cōmunicato-
ruz. in textu et glo. pōt enim timere si forte
quid duplicitatis p humana fragilitate ī
eodem incurrerit flagitio scz qd nō solū il-
lum occiderit ex necessitate se defendendi
sed etiā ex iracundiā vel indignatione aut
ex libidine vindicte. Insuper interiorē pe-
nitentiam semp agere debet et quasi pecca-
tis suis ascribere: qd intantā venit necessi-
tatem: et in hoc pcor. Hoffre. et Hosti. Se-
cūdo queri pōt vtrū q liceat alicui aliū oc-
cidere p defensione rerū suarum: sicut pro
defensione corporū. Ad hoc dicendum sūm
doctores et etiā glo. in. c. significasti. ij. ex-
tra de homici. qd omnes leges et omnia lu-
ra que loquūtur de hac materia: pcedunt
vim vi repellere posse tam in defensione re-
rum q; personarū: dūmodo moderamē in-
culpate tutele nō excedat: qz defensio tunc

redderetur illicita. Quātū tamē ad defen-
sionē rerū hoc intelligendū ē: qd scz iniuri-
am rebus illatā quis statim potest et debet
ppulsare si vult. Quomō autē istud statim
intelligit: dicunt qd attendi debet defendē-
di cōmoditas: qz nō debet se quis statim
exponere sine socijs cōtra multitudinē sua
bona auferentē: sed in hoc inspicit cōmo-
ditas vt socios et amicos possit cōuocare:
domum intrare: arma capere: et hoc qto-
tius fieri potest: als enim esset guerra que
nō esset auctoritate ppria mouenda: vt ptz
ē de iureiuran. c. sicut: nec etiā iniuria fa-
cta persone moram aliquā expectat: sed vt
dicitur in dicto. c. significasti: fieri debz in-
continenti: qz si fieret ex intervallo tūc eēt
vindicte. Qu autē iniuria facta rebus in-
cōtinenti pelli debet: intelligit quo citi-
us fieri poterit arbitrio boni viri: nam ibi
debet attendi qualitas deijctentis et defe-
cti et rei ex qua defectus est. Si em̄ priuat⁹
deijcit alium: tunc requirit in odicus appa-
ratus ad recuperandum possessionē scz bñ
duo vlt tri duo: qd si nobilis expellit aliquē
de castro: tunc ad recuperandū requiritur
magnus apparatus: qui forte fieri nō pote-
rit in sex mensibus: et sic incōtinenti dicere-
tur fieri quādo cōmode potest fieri. Volūt
tamē quidam qd quibus p cōseruatiōe vite p-
prie liceat imperfectis in inuitabili neces-
sitate alium occidere: minime tamē hoc li-
citur est p cōseruatione reꝝ temporalium
quia pxiimi vita fortune rebus est preferē-
da nisi forte quis ex taliū ablatione: simul
et vite necessaria auferret vt si quis in deser-
to positus tm̄ vnū panem haberet: tunc vi-
detur qd illum p necessitate sui victus sic
et personam ppriam defendere et cōseruare
posset. Tertio queri potest incidentaliter
occasione eoz que nunc dicta sunt: vt p
fames faciat aliquid licere quod als nō li-
ceret: presertim cum dicitur. xxxij. q. iij. c.
sicut. qd sanctius est mori fame q; idolatri-
cis veici: ex quo videt̄ expresse qd propter
necessitates famis nō licet cōmitti aliquod
peccatum: qd extra necessitatē esset morta-
le peccatum. Ad hoc respondet ibidē glo.
super eodem. c. qd talis necessitas non ha-
bet legem: sed propter necessitatem famis
auferri aliena licitum esset: sicut fecerunt
apostoli vellentes spicas: vt patet de con-
se. di. v. c. discipulos. Similiter in illo ca-
su furari licitum est: vt patet extra de fur.
c. si quis in glo. Sic etiā homicidij cōmit-

B

fames.

re licitū est: vt patet ex de homici. c. si per
fo diens. r. c. interfecisti. in glo. Licitū est
inquā in quadagesima comedere carnes
vt patet extra de obserua. leiu. c. scilium.
per sequens igitur licitum est ppter ne
cessitatem famis comedere de idolaticis:
dūmodo tamē hoc no fiat in veneratione
idolorum: vt dicit glo. in dicto .c. sicut: et
r addit q nulla necessitas hominē excusa
re potest a fornicatione: vt pater. ff. de ritu
nup. l. palam. §. nō est ignoscendū. Qu si
querit causa cur ppter necessitatē famis
excusatur a furto r nō a fornicatione. Re
spōdet glo. extra de fur. in. c. si quis. q mu
lier nō excusatur a fornicatione ppter ne
cessitatem famis sed a furto: quia ppter ne
cessitatem res facta ē cōmunis: in fornicat
ione autē nō est ita: r ideo debet potius ma
la quelibet pati q̄ malo cōsentire. Alteri
querit glo. quare excusor ab homicidio si
ex necessitate me defendēdo aliquē occido
r nō a fornicatione. Ad hoc respōdet: non
interficio sed potius ipse se interficit q̄ me
aggredit: vt. ff. si quadrupes paupe. se. in
§. arietes. Quarto queri potest: vtrum
quilibet pximū a morte liberare teneatur
vel defendere cum potest: p̄sertim cū inu
ste inuaditur: sicut sonare videtur textus:
extra de homi. in. c. sicut dignū. §. illi etiā.
vbi dicitur: Qui potuit a morte hominē
liberare r nō liberauit eū occidit. Ad hoc
respōdet quidā q hoc intelligitur de iudi
ce qui tenetur ex officio iniuriam a pximo
repellere. Alij vero dicunt q hoc ē genera
liter intelligendū de oībus: r hoc videtur
esse rōnabili: quia quilibet ex debito cha
ritatis a pximo tenetur iniuriā repelle
re si sine pxio periculo facere potest: r s̄
hosti. phare videtur: qd̄ etiam euidenter
docet instinctus naturalis ī brutis anima
libus. Inter aliā nāq̄ patet hoc de delphi
no: put docet phs in. x. de animalibus: so
lus enim delphin felle caret: r tāmīro mo
do se inuicem diligūt q̄ si aliquis eoz mor
tuus fuerit alij efferunt eum sup scapulas
r custodiunt ne ab alijs piscibus comeda
tur: quousq̄ a tempestate maris eiiciatur.
Refert etiā Plinius q delphino quodā
a rege quodā capto reliquozū ingens con
uenit multitudo ad portum vbi delphin li
gatus tenebatur quibus plangentibus et
quasi miserationē postulantib⁹ rex euz di
mitti p̄cepit: nō ergo defendere pximum
ab iniusta nece euz sine periculo potest: est

illum indirecte occidere: in cuius argumē
tum vidētes percutere clericū r cum pos
sunt eū defendere nō defendunt: sentētiā
excomunicationis incurrunt: p̄sertim si
hoc eis incumbit ex officio: vel etiam fm
quosdā cum hoc dolose dimitterent: vt pa
tet extra de sen. excom. c. quāte presumpti
onis. r in glo. Ad hoc etiā habet ar. xxij.
q. v. c. administratores: in fi. r. q. iij. c. ē in
iusta misericordia: nam r simili modo q̄s
alium indirecte occidit: victum illi neces
sariū denegando r homicida reputat: vn
de dicit Ambrosius r habet. lxxxvj. di. c.
nō satis est: vbi subdit circa finē: pasce fa
me morientē: quisquis enī pascedo homi
nes seruare poterit si nō paueris occidisti:
r. lxxxij. di. §. liij. Mortem enim languen
tibus probatur infligere: qui hanc cū pos
sit nō excludit. r. c. error. c. cōsentire. r ex
tra de homici. c. sicut dignū. §. illi etiā: vbi
subditur. Qui potuit hominē a morte li
berare r nō liberauit: eum occidit: sicut et
animarū homicida reputatur qui propria
ignauia cū impedire posset sinit eas peri
re: vt patet di. xliij. c. ephesijs: quod tamē
de superioribus p̄cipaliter intelligitur:
vnde subdit ibidem. Cū increpare delin
quētes noluerit: eos p̄culdubio tacendo
pastor occidit. Ceterū est adhuc aliud ge
nus occidendi indirecte: quo scz quis oc
cidit sola defensione sine animo defenden
di illuz qui perpetrat homicidiū: exempli
gratia. Nam si vadis ad occidendū alium
r teipm illi scienter associas: nō tamē ani
mo ipm incitandi vel inuandi ad homici
cidium perpetrandū: nec super hoc euz eo
verba aliqua habuisti nec ipse tecum: vel
etiā sibi hoc ex animo dissuasisti: licet tibi
noluerit acquiescere: sed tu de ipso timens
eo animo secum pergis vt si forte alter su
perualeret r hunc insequeretur: tu ipsum
defenderes: sicq̄ propter tuā associationē
animosior factus alium occidit: tūc in hoc
casu fm hosti. efficeris homicida defensio
ne sola: vel solo animo defendēdi occisorē:
quod etiā expresse patz extra de homici. c.
sicut dignū. §. illi etiā: r in glo. nec enim
poteris ppter hoc ad ordines promoueri:
quia irregularis efficeris: r sic intelligit
q̄ sola defensione cōmittit homicidiū. ex
tra de cleri. pugnā. in du. c. heinricus. ī fi.
Terūtamē istud ē intelligendū p̄prie de il
legitima defensione: qm si quis iusto pre
pto iudicis: iusto cōsilio assessoris defensi
s ij

one legitima homicidium incurrerit: nullus
 homicidij peccatum perpetravit. Tertio
 principaliter committit homicidium aliquan-
 do a casu preter intentionem occidendi vel etiam
 ledendi: de quo queri potest. An occi-
 dens hominem casualiter incurrat homici-
 dij reatum: presertim cum in decretis di. l.
 plures inducuntur canones in quibus ho-
 micidia casualia puniuntur. Ad hoc respon-
 det Tho. scda 2^e. q. lxxv. q. fm p^m in. ij.
 phy. Casus est causa agens preter int^{en}ti-
 onem: et ideo ea que casualia sunt simpliciter
 loquendo non sunt intenta neque voluntaria
 et quia omne peccatum est voluntarium fm
 Augu. consequens est qd casualia in quantum
 huiusmodi non sunt peccata. Contingit ta-
 men qd id qd non est actu et per se volitum et
 intentum: esse per accidens volitum et inten-
 tum fm qd causa per accidens dicitur remo-
 uens prohibens: unde ille qui non remouet
 ea ex quibus sequitur homicidium: cum tamen
 remouere potest et debet: tunc erit quodam
 modo voluntarium homicidium. Ad cuius
 euentum sciendum qd homicidium fm Ast^e.
 committi potest tribus modis. Primo mo-
 do dando operam rei licite: debitaque dili-
 gentiam adhibendo fm exigentiam operis
 puta si quis pulsauerit et lapis cadendo al-
 quem oppressit et occidit: qd verisimiliter
 prius timere non potuit: vel si secans arbo-
 rem in aliquo privato loco vbi non est acces-
 sus hominum: et arbor cadens aliquem casu
 occidit: tunc enim non imputatur ei ad cul-
 pam: vt patet di. l. vbi dicitur. c. hi qui ar-
 borem incidere videntur: si contingat vt ca-
 dens arbor aliquem occiderit: inculpabiles
 sunt atque innoxij: quia nec voluntate illo-
 rum nec desiderio homicidium perpetratum
 est et c. si duo fratres in silua arbores succi-
 derint: et appropinquante casura arboris
 vnus frater alteri dixerit caue: et ille fugi-
 ens in pressuram arboris ceciderit et mor-
 tuus fuerit: viuens frater innocens de sangui-
 ne fratris germani diiudicetur. hec ibi.
 Secundo modo casu committit homicidium
 dando quidem operam rei licite: sed non adhi-
 bendo debitam diligentiam: vt si quis secans ar-
 borem in communi transitu: et ante casum il-
 lius non circumspicit: nec alte clamauerit vt
 appropinquantes sibi caueant: et tunc in tali
 bus ac similibus casibus non est immunis ab
 homicidio: quia non excusat a toto sed a
 tanto fm gradum incurie proprie et negli-
 gentie: unde di. l. ex concilio Huarmatiesi.

dicitur. c. sepe contingit dum quis operi ne-
 cessario insistens arborem incidit: vt ali-
 quis subitus ipsam veniens deprimat: et idcirco
 si voluntate vel negligentia incidentis ar-
 borem factum est vt homicida penitentie de-
 bet omnino submitti: qd si non voto sed in-
 curia illius: non hec eum sententia contingit:
 et sic mitius agendum est cum his quorum ne-
 gligentia patratum est homicidium qd cum his
 quorum voluntate et industria factum est: sicut
 cum illo de quo legitur: vt refert Jacobus
 de vitriaco: qd fuit miles quidam vnicum
 habens filium quem secum duxit ad pratum
 in quibus messorum fenam defalcabant: cum
 igitur paruulus in herba dormiret vnus
 de falcatoribus falcem extendens ignoran-
 ter interfecit. Quid audiens pater dolens: et
 etulans filium sepeliuit. Contigit autem vt in
 die parasceues dictus pater nudis pedibus
 ecclesias visitaret: venit ille obuiam dicitur
 homicida filij sui funem in collo gestans:
 qui flexis genibus fuis lacrymis et iun-
 ctis manibus ait: Domine pro illo qui ho-
 die mortem suam inimicis indulgit: et pro su-
 is interfectores exorauit. Supplico vt mor-
 tem filij vestri quem ignoranter interfeci mi-
 hi indulgeatis: ad cuius vocem pater ad-
 misericordiam motus occisori statim filij
 diuini piaculum indulgit: cum igitur ingressus
 fuisset ecclesiam et venisset ad deosculandum
 crucem: statim imago crucifixi clavis cru-
 ci confixa manus et brachia de cruce laxauit
 et amplexans militem eum dulciter oscula-
 tus est. Tertio modo casu committit homi-
 cidium operam dando rei illicite: puta quia
 proiebat lapidem vel iaculum siue in lu-
 do siue in corporis exercitio versus locum
 vbi solet esse transitus hominum: et tunc reus
 tenetur homicidij: qd si facit in loco privato:
 vbi non estimatur accessus hominum non excu-
 sat a toto sed a tanto: qd dedit operam rei
 illicite vel inutili. Ex dictis autem patet qd
 in omni homicidio non voluntario sed casua-
 li maxime respiciendum est si occisor dedit
 operam rei licite vel illicite: vtrumve de-
 bitam adhibuit diligentiam: ex hoc enim. ex-
 tra de homici. in. c. lato: presentium: excusa-
 tur clericus qui in ludo casu alium interfe-
 cit. Et ibidem in. c. continebat: non excusa-
 tur clericus qui in ludo casu laicum interfe-
 cit: vt patet in textu intuentibus. Et si que-
 ris rationem diuersitatis: respondet glo. in di-
 cto. c. continebat qd secundus dabat operam
 rei illicite ludendo scilicet cum laico: qd cleri-

cis nō licet: vt patetij. q. vij. c. l. alcos. xliij. di. c. si igitur: in prin. ludus etiam ille clerici nō cōgruebat eo q̄ perniciosus erat: ludus autem perniciosus nō debet esse impunitus: vt. ff. de fur. in furti actione. §. cum eo: nec etiam occisor diligentiam adhibuit quā debuit: quia cum sciret ludi conditio/nem: nō remouit a se falcem: et sic vbiq̄ fuit in culpa: primus vero ludebat cum clerico et licito ludo: et de illo cultello nō sperabatur aliq̄ mortale: et alter qui mortuus est se potius ingessit: aliu ad terram p̄iiciendo: in cuius cultelluz cecidit et occubuit qua p̄pter ad terrā proiectus in culpa non fuit: sed qui ipsuz proiecit. Ad laudem dei omnipotentis.

Utrum grauius sit occidere iustum vel peccatorem de aborsu et occasione propria: an etiam per castitate seruanda licet se committere periculo: Sermo III

Non occides. Ex

odi. xx. Expediti de tribus modis homicidij corporalis q̄o facto vel manu perficit: tam quartū breuiter p̄sequimur: qui modus committit impia voluntate spellente: et hoc homicidij genus habet p̄prie cōpletam homicidij rationem: tam formalē q̄ materialē q̄o quis committit vel in alterū vel etiā in se metip̄m. In alterū autem perficit vel ex libidine vindicte: sicut intendens exercere vindictam in eo qui patrē eius interfecit: vel etiam ex animi crudelitate q̄o execrabilis ē: sicut latrones vel irati occidunt hominē: vel deniq̄ ex cupiditate: fauore: amore vel silib⁹ affectib⁹ inordinatis q̄ oīa sūt in lege p̄hibita et crimina grauissima. Hic p̄mo q̄ri potest: vtrū sit graui⁹ peccatū occidere innocentē et iustū q̄ occidere peccatōrē: p̄sertim cū in genere pctōrū que contra proximū comittunt: tanto videtur aliquid esse maius peccatū: quanto mai⁹ infert nocumentū illi in quē peccat: sed occisio plus nocet peccatori q̄ innocenti: qui de miseria hui⁹ vite per mortem transit ad celestē gloriā: cū ecōtra pctōr subita morte p̄uent⁹ pdit pariter corp⁹ et aiā: q̄ reserua ta ad vitā p̄ntē: reuocari poterat ad penitentiā. Ad h̄ respōdet Tho. sc̄da. 2. q. lxxij

q̄ nullū hōlem licet occidere s̄m se cōsideratū quia in quolibet etiā peccatore debemus amare naturā quā de⁹ fecit: que per occisionē corrumpitur: vnde peccator occisio t̄m reddis licita p̄ cōparationē ad bonū cōmune q̄o per ei⁹ crimē corrumpit: vltima vero iustoz est cōseruatiua et promotiua boni cōmunis: quia ip̄i sūt pars principālior multitudinis: et iō nullo modo licet occidere innocentē: quapropt̄ plus peccat interficiens innocentē q̄ peccatōrē: et hoc p̄pter quattuor. Primo q̄ nocet illi quem ex debito plus diligere deberet: et sic magis agit contra charitatem. Secūdo q̄ infert iniuriā illi qui est min⁹ dignus: et sic agit magis cōtra iusticiā. Tertio q̄ p̄uat cōmunitatē maiori bono. Quarto q̄ ex hoc magis contemnit deum: s̄m illud Luce. x. Qui vos spernit me spernit: q̄o dominus ostendit cū dixit. Saule saule quid me persequis. Quā autē obijcitur de peccatore qui maius nocumentū sustinet: vtpote pdens vitam pariter et animā. Ad hoc dicendum q̄ in pensanda grauitate peccati magis est cōsiderandū illud q̄o est per se: q̄ id q̄o est p̄ accidens: nā q̄ iustus occisus ad gloriā transeat: p̄ accidēs se habet ad occisiones. Ex dictis ergo satis perpendi pōt: quante sit malicie paruulos innocentes iugulare: quoz etiā oppressores homicide detestabiles iudicantur: p̄sertim si voluntarie hoc faciant: q̄ si preter voluntatē et animū occidendi contingat oppressio: nō tamen excusantur oppressores si sua negligētia hoc actum est: vt quia secum in vno lecto posuerunt: vt expresse patet. ij. q. liij. vbi dicitur. c. consulisti. de infantib⁹ qui in vno lecto cum parentibus dormientes: mortui reperiunt: et infra monendi nanq̄ sunt et protestandi parentes: ne tam tenellos secum in vno lecto collocent: ne negligentia qualibet proueniente suffocentur: vel opprimantur: vnde ip̄i homicidij rei inuentantur: vbi dicit glo. licet opprimens nocere noluit: dū t̄m fuit in culpa licet leuissima. Culpa autem est q̄ a diligenti poterat preuideri et non est preuisum: et ideo tenetur in hoc casu quantum ad deum: nō tamen punietur ratione homicidij sed ratione negligentie: ita q̄ minor imponitur pena vel penitentia ab ecclesia pro negligentia q̄ si fecisset ex animo: vt patet dist. l. vbi dicitur. c. si quis voluntate homicidij fecerit: ad ianuam ecclesie catholice

*In graui⁹ sit occidere iustum
quāz peccatōrē. et vide abulē. 13.
math. 5. c. q. 49*

semper iaceat: et cōmunionem in exitu vite sue accipiat: si autem nō voluntarie s̄ casu aliquod homicidiū fecerit prior canon. vii annis agere penitentiā iussit: secundū quō mandauit. Ille vero canon pontif̄ ibidem ex cōcilio Neocesariē. i. c. eos vero: et subditur in textu dicti. c. cōsoluistis: quia si ille qui cōceptum: glo. viuificatū in utero p̄ abortū delenerit homicida est: vt p̄ Exo. xxiij. quantomagis qui vnus saltē diei puerulū peremerit homicidā se esse excusare nequibit. Hinc etiam extra de his: qui fil. oc. in. c. de infantib⁹. cōcludit glo. q̄ si q̄s sponte filiū interemit grauissima pena debet ei imponi: aliquantulū maior q̄ p̄ alio homicidio: quia magis videt̄ peccare propriū filium occidendo: et s̄m leges fortiori pena puniri debet: vt. l. e. l. vna. Si vero casu nō voluntate interemit sed graui culpa p̄cedente: tunc penitētia. vij. vel. v. annorū est imponeuda: ar. di. l. c. si qua femina. Si proinde leuis culpa p̄cessit: tunc penitētia trium annorū imponi debet: vt in dicto. c. de infantibus. Si deniq̄ nulla culpa vel negligētia p̄cessit in nullo de iure sunt puniendi: licet ad cautelā eis penitētia debet iniungi p̄pter ambiguum dubietatis cōsideratis circūstantijs. Secūdo queri potest: vtrum omnis abortū procurans homicida censendus est. Ad hoc respondet canon. xxxij. q. ij. c. q̄ non. r. c. moyses inter alia ponēs differentiā inter abortum corporis animati et inanimati: dicens: Moyses tradidit sc̄z Exo. xxi. q̄ si q̄s percusserit mulierē in utero habentē et abortus fecerit: si formatū fuit. glo. ad plenū dabit percussio animā p̄ anima: si autez informatū fuerit mulctetur pecunia: vt p̄baret nō esse animā ante formā. Ex quib⁹ bus verbis datur intelligi q̄ anima nō infunditur nisi prius corpus ad plenū fuerit formatū: nec abortum reputat̄ homicidiū nisi prius corpus fuerit animatū. Hinc dicit Hiero. ad algasiam: et ponif. e. ti. c. sicuti: q̄ semina paulatim formant̄ in utero: et tandiu nō reputatur homicidium donec elemēta cōfecta suas imagines membraq̄ suscipiūt. Et si obijcitur illud qd̄ ponitur extra de homicidio. c. si quis causa explende libidinis vel odij meditatione homini aut mulieri aliquid fecerit: aut ad potādū dederit vt nō possit generare aut cōcivere aut nasci soboles: vt homicida teneat̄. In quibus verbis intelligi datur q̄ procurans

sterilitatem vel etiam abortum fet⁹ inanimati iudicat̄ homicida. Ad hoc respōdet glo. q̄ hoc est verū quantū ad penam legalem: vt. ff. de penis. si quid. s̄. cum abortio. nis. ff. ad. l. cor. de sic. sed mulierem: nō tamen efficitur irregularis ac si hominē interfecisset: quia nō cōtrahitur irregularitas nisi fetus iam animatus interficiatur: nec interficit̄ vt homicida sed punif̄ pecunia sed dicit̄ homicida occasionaliter vel indirecte: sicut di. lxxxvj. c. nō satis. s̄. pascere fame moriente: quisquis enim pascendo homines seruare poteris: si nō pauisti occidisti: r. lxxxvij. di. c. si expositus. Tertio queri potest: vtrum clericis licitum sit occidere maleficos: presertim cū Moyses a leuitis interfici fecit vigintitria milia hominum in vindictam adorationis vitulæ vt habet̄ Exo. xxij. Et phinees sacerdos interfecit israhelitā coeuntē cum madianitide: vt patet Numeri. xxv. Samuel quoq̄ regē Amalech interfecit: vt patet. j. Regū. xv. Helyas etiā sacerdotes Baal: et petrus Ananiam et saphiram. Ad hoc respōdet Astē. lib. j. ti. xv. Qd̄ clericis occidere nō licet: qz dicit apls. j. Timo. iij. Dporet episcopum esse sine crimine nō vinolentum: nō percussorē. Et Berth. scribit ad Eugenium papā. Aggredere subditos nō ferro sed verbo: quid denuo gladium vsurpare temptas quē semel iussus es ponere in vaginam sc̄z in Petro cui dictum ē. Mitte gladium tuum in vaginā: et ratio huius ē: qz hoc p̄cepto nō occides cuilibet auctoritate sua prohibet̄ occidere. Cuz ergo ministris veteris testamēti fuerat auctoritas cōmissa: ministris autē noui testamēti nō ē cōcessa vt per se quēq̄ interficiant: ideo ex consequenti prohibet̄ illo p̄cepto clericis in casu iusticie aliquem interficere. Ratio vero cur hec auctoritas nō est cōmissa clericis noui testamēti duplex ē: put lat⁹ patet in primo sermone p̄cepti huius post mediū. Quarto queri potest: vtrum liceat alicui seipm occidere ex quacūq̄ ratiōe vel causa urgente: presertim cū et Samson seipm interfecit: vt patet Iudicū. xvj. qui tamē cōnumeratur inter sanctos. ad Heb. ij. Similiter et Basias seipm interfecit: magis eligēs nobiliter mori q̄ peccatoribus subdit⁹ fieri: et cōtra naturales suos iniurijs agi: vt patet ij. Mach. xliij. Qd̄ autē nobiliter fit et fortiter nō videtur esse illicitum. Ad hoc dicēdum s̄m Tho. sc̄s 2. q.

Mulicat alius seipsum occidere.
Vnde abulensis math. xi. v. r. q.

lxiii. et Alsten. ll. j. q. seipm occidere e om-
nino illicitum: nisi hoc fieret iussu diuino
vel instinctu speciali spū sancti: et hoc tri-
plici ratioe. Primo quia faceret contra le-
gem naturalē et legem scriptam: et peccat
in seipm: nam res quelibet naturaliter se-
ipm diligit: et ideo quelibet res naturali-
ter se i esse cōseruare laborat: resistēdo cor-
rumpētib⁹ in quātū potest: et ideo qd aliq⁹
seipm occidit est cōtra naturalē inclinati-
onem et cōtra charitatē qua quilibet seipm
diligere debet. Est etiam contra legem di-
uinam: quia s̄m Augu. in p̄mo de ciuitate
dei quod dictū est: non occides: de homīe
intelligamus: nec ergo alteruz nec te: nec
enī aliquid aliud q̄ hominē occidit qui se
ipm occidit: et ideo semp e mortale et enor-
me peccatū. Secundo quia peccat in pri-
mū: nam quelibet pars id qd est e toti⁹: qd
libet autē homo est pars cōmunitatē et sic
id quod e est ipius cōmunitatis: in hoc er-
go qd seipm interficit: iniuriā cōmunitatē
facit: vt patet p̄ p̄bm in .v. ethic. Usurpat
enī sibi iudiciū sanguinis: quod nō lz etiā
publicā habēti potestātē nisi seruatō iurē
ordine: vt supra dictū est: nullus autez iu-
dex suiipius esse pōt. Tertio quia peccat
in deum nam vita quoddā donum e homi-
ni diuinitus attributū et ei⁹ potestati sub-
iectum: qui occidit et viuere facit: et ideo qd
seipm vita priuat in deuz peccat: sicut qui
seruū alienū interficit peccat in dominuz
cuius est seruus. Ad solū enī deum p̄tinet
iudiciū mortē et vite: s̄m illud Deut. xxi.
Ego occidam et ego viuere faciam. Ex qui-
bus omnib⁹ concludit qd nullo modo lici-
tum est alicui seipm occidere nisi ex specia-
li instinctu spū sancti: sicut dicit Augu. in
j. de ciuitate dei. Non samson excusat al-
ter qd seipm cum hostibus ruina dom⁹ op-
pressit: nisi quia latēter spūs hoc iusserit qd
p̄ illum miracula faciebat: et eandē rōnem
assignat de quibusdā sanctis feminis: que
p̄secutiōis tēpore seipas occiderūt: quarū
memoria in ecclesia celebratur: vnde circa
hunc articulū multi quondā errauerunt:
crudeles sibiipis man⁹ homicidas inijci-
entes: qdaz enī ex peccati horrore et despe-
ratione vt iudas: cum tamē nulli liceat se-
ipm p̄pter peccatū cōmissū occidere: tū qz
in hoc sibi maxime nocet: eo qd sibi adimit
necessariū tēp⁹ penitētiē: tū qz desperatio
extremū malū est: a qd decetero releuari nō
pōt: vnde Augu. j. de ciuitate dei. c. xix. re-

probat factū Lucretie qd seipam occidit qz
fuit ab alto opp̄ssa: p̄ quo tū facto eam ro-
mani laudib⁹ extulerūt: de qua Lucretia
plenius vide. xxxij. q. v. c. p̄posito: quedā
etiam mulieres p̄ castitate vel virginitate
seruanda leguntur seipas occidisse: cū ta-
men nulli mulieri liceat seipaz interficere
p̄ seruanda castitate: s̄m Jo. an. extra de
sepul. in. c. ex pte. ij. et h tenet archid. xxxij.
q. v. c. nō ē: cui⁹ ratio ē s̄m Tho. vbi supra:
qz non debet i se cōmittere crimē maximū
qd e suiipius occisio: vt vitet min⁹ crimen
alienū: non enī est crimē mulieris p̄ violē-
tiam violatē si consensus non assit: qz non
in qnat corp⁹ nisi de cōsensu mētis vt Lu-
cia dixit: qd etiam latius ostendit. xxxij.
q. v. c. j. cum trib⁹ sequentib⁹. Cōstat etiā
minus esse peccatū fornicationē vel adul-
terium q̄ homicidiū: et p̄sertim suiipius
quod e grauissimū: quia sibiipis nocet cui
maximā dilectionē debet: e etiā periculo-
sissimū quia non restat tēpus vt p̄ penitē-
tiam expiat. Hinc etiā grauissima sequit⁹
punitio: vñ ex cōcilio bracharen. dz. xxiij
q. v. c. placuit: vt hi qui sibiipis volūtarie
aut p̄ ferrū aut p̄ venenū aut p̄ precipitium
aut p̄ suspendium vel quolibet modo infe-
runt mortem: nulla p̄sus p̄ illis in orati-
one cōmemoratio fiat: neqz cū psalmis ad
sepulturam eoz cadauera deducant: mul-
ti enī p̄ ignorantia hoc sibi vsurpāt. Simi-
liter et de his placuit fieri qd p̄ suis sceleri-
bus moriunt: impenitētes subaudit: hoc
ibi: quod etiā itelligit de eo qd seipm inter-
ficit: s̄ aliquātulū sup̄niēs p̄niaz agit Si-
militer s̄m Tho. nulli seipm licet occidere
ob timorē ne p̄sentiat in peccatū: quia nō
sunt faciēda mala vt inde veniāt bona: vl
vt vitent mala: p̄sertim minora et min⁹ cer-
ta: incertum est enī an aliquis in futuz cō-
sentiet i peccatū: quia potēs e domin⁹ ho-
minē quacūqz tēptatione supueniēte a pec-
cato liberare et p̄seruare. Proinde refert
Lactanti⁹ li. ii. de falsa sapia: qd multi ex
his qd animas eternas esse suspicabant: si
hiipis iniecerunt man⁹ homicidas tāq̄ i
celū eēt migraturi: vt Cleātes: Crisipp⁹
Terio: et sic de alijs. Similiter et Empedo-
cles qui se in ardēt ethne specu intēpste
noctis deiecit: vt cum repēte non apparuis-
set ad deos abisse crederet: affectu cōpla-
centie humane et vane glorie delusus: cuz
ecōtra dicit apls. Si tradidero corp⁹ meū
ita vt ardeam et. sicut priores ob amorem

eterne vite se neci tradiderunt: et ex roma-
nis Catho qui fuit in omni vita sua Socrati-
ce vanitatis imitator et ipse romane sapie prin-
ceps: qui antequam se occideret plegisse librum
Platonis dicitur: qui de eternitate animarum
scriptus est: et ad summum nephas pbi aucto-
ritate compulsum est: et Ambrachiotus ille qui
cum eundem librum plegisset precipite se dedit:
nullam ob aliam causam nisi quod Platoni cre-
didit: unde dicit Augustinus. j. de civi. dei: quod er-
ror fuit gentilium quod mors esset optanda om-
nibus: et quod virtus est sine constantie vel mag-
nanimitatis: quod homo sibi mortem inferat:
que errorem Augustinus reprobat et etiam omnes
doctores. Quinto queri potest: utrum igitur
pro salvanda castitate vel honestate licitum
esset se committere casui: etiam si inde posset
mors sequi: dum tamen hoc certum non sit:
sed se sperat evadere posse. Ad hoc respon-
det glo. prima: extra de sepul. in. c. ex pte.
ij. quod sic: dummodo ex illo proposito non faciat
ut se interficiant: quod si tunc sequeretur mors
vel mutilatio: iudicaretur homicida. Pro
quo sciendum quod sicut nullo modo licitum est
alicui seipsum occidere: sic nullo modo licitum est
seipsum mutilare: quia ex hoc non solum irre-
gularis sed etiam homicida quodammodo
iudicaretur: ut patet extra de cor. vitia. c. sig-
nificasti: ubi agitur de quodam qui sibi fecit
amputari virilia credens se pro obsequium
prestare deo: sed in hoc displicuit: ut dicit glo.
quia non ferro sed religione querenda est
castitas: ut. xxxij. q. v. c. tunc saluabitur: in
fi. cum eo tamen Clemens papa. iij. in hoc dis-
pensavit ut facere posset officium sacerdota-
le propter officium missae. id est secundum glo. baptiza-
re: penitentiam dare: sacramenta ministrare
et alia perficere que solis sacerdotibus sunt com-
cessa. Et addit glo. quod reputatur homicida:
quod etiam expresse patet di. lv. ubi dicitur. c. Si
quis absciderit semetipsum. id est qui ampu-
tauerit sibi virilia non fiat clericus: quia
suus est homicida et dei conditionis inimi-
cus: si quis cum clericus fuerit absciderit
semetipsum omnino damnatur quia suus est homi-
cida: hoc ibi. Verum tamen si talis castratio
non sponte sed casu vel necessitate ut propter
languorem a medicis: vel propter persecutionem
a barbaris: propter necessitatem a dominis:
propter infantiam a parentibus et in similibus:
nec a promotione prepeditur nec homicida iu-
dicatur: ut patet extra de cor. vitia. c. ex pte. j.
et. ij. di. lv. c. si quis a medicis et tribus sequen-
tibus: et simili modo intelligendum est de quo-

libet membro absciso: ut. e. ti. c. qui partes
cuiuslibet digiti sibi volens abscidit: hunc
ad clericum canones non admittunt. Cui ve-
ro casu aliquo contigerit dum aut operi rusti-
co curam impendit: aut aliquid faciens se
non sponte percipit: hos canones percipiunt
id est permittunt clericos fieri: et si in clero re-
perti fuerint non abijci: in illis enim volun-
tas est iudicanda que sibi ausa fuit ferrum
inijcere: in istis vero casibus ventura meruit:
quod quidam sane intelligunt si dedit ope-
ram rei licite: secus tamen si dedit operam rei
illicite: quod expresse patet extra de cleri. pug. i.
duello. c. j. i. glo. unde. xxxij. di. c. maritum.
et. c. cetera promoueri prohibentur ad sacros or-
dines tamquam indigni propter diversos casus
ibidem enumeratos. Ad laudem dei.

De iniusto bello quod fit quocumque mo-
dis: et de bello iusto ac de his que
rapta sunt in bello: Sermo III

Non occides Exo.

b. xx. Jam ordine congruo de bello
persequendum est in quo contingunt
plura homicidia rapine et similia. Pro quo
sciendum est secundum canonistas quod septem sunt
belloz species. Primum bellum dicitur roma-
num quod scilicet fit inter fideles et infideles:
quia romana est caput fidei. Secundum di-
citur iudiciale quod scilicet auctoritate iudicis
fit. Tertium dicitur licitum vel iustum quod scilicet fit
auctoritate iuris. Quartum dicitur necessari-
um quod scilicet fit ad sui defensionem: et in istis
bellis dicuntur quod quis non tenetur ad restitu-
tionem. Quintum proinde dicitur presumptuo-
sum quod scilicet fit contra iudicem vel superiorem pro
contumaces vel inobedientes iudici vel su-
periori. Sextum dicitur temerarium quod scilicet fit
contra iuris auctoritatem. Septimum dicitur vo-
luntarium: quod scilicet assumitur auctoritate pro-
pria: et in his tribus dicuntur quod quis tenetur ad
restitutionem. Ad maiorem autem evidentiam
in generali distingui potest duplex bellum scilicet
iniustum et iustum ac pro consequens sic omne bellum
iniustum redditur illicitum ex eo quod iniustum ita et
omne bellum iustum redditur licitum. Iniustum autem et il-
licitum redditur bellum multis modis. Primo
ex ratione vel animo vlciscendi: etiam si iustam
habens causam bellum moueat et ideo iniu-
ste agit et grauiter peccat: unde. xxij. q. j.
dicitur. c. quid culpatur in bello: an quia mo-
rituri quandoque moriuntur ut dominentur in

pace victuri: nocendi cupiditas vlciscēdi
 crudelitas: implacatus et implacabilis ani-
 mus: feritas rebellandi: libido dominan-
 di et si qua sūt similia: hec sūt que in bellis
 iure culpantur et. Hinc etiam quātūcūq; q̄s
 iustam habeat causā belli: si ex animo ē in-
 iustum: tūc non licite capit nec retinet: vt
 e. q. c. militare. Secūdo reddiū iniustū ex
 loco puta quia fit in loco sacro: vt patz li.
 vj. d. immu. ec. c. decet: vnde. xij. q. ij. in. c.
 cuz denotissimā: dicit glo. q̄ emunitas di-
 citur priuilegiū quo gaudet ecclesia: vt i am-
 bitu suo non fiat pugna vel insultus vl ra-
 pina: per. xxx. vel. xl. passus: vt patz. xvij.
 q. liij. sicut antiquitus: et delinquētū pena
 ponit. e. q. c. si quis cōtumax. Tertio red-
 ditur iniustū ex tēpore: quod patet extra
 de treuga et pace. c. j. vbi dicit: treugas a
 quarta feria post occasū solis vsq; ad secu-
 dam feriam in ortu solis ab aduētū domi-
 ni vsq; ad octauas ephie: et a. lxx. vsq; ad
 octauas pasche ab omib; inuolabiliter ob-
 seruari p̄cipimus: si quis aut treugas frā-
 gere p̄sumpserit: post tertiā admonitiōē
 si non satisfecerit: ep̄us suus excōmunica-
 tionis sententiā dicet in eū: et alia multa
 dicit in textu. Glo. ibidē: treuga est securi-
 tas p̄stita reb; et p̄sonis discordia nōdū fi-
 nita. Et nota q̄ hec treuga in textu posita
 est canonica et nō cōventionalis: si enī eēt
 quētionalis semp̄ seruari: quia fides ho-
 sti seruāda ē: verūtamē q̄ hic textus dicit
 hodie non tenet: et ep̄i qui non seruāt hāc
 cōstitutionē nō dicunt transgressores: qz
 non fuit moribus vtētium approbata hu-
 iusmodi treuga: b̄ glo. Hic queri potest:
 vtrū bellare liceat diebus festis: cuz festa
 sint ad vacādū diuinis ordinata: sabbatū
 enī intelligit requies: sed bella maximaz
 inquietudinē habēt. Ad hoc r̄spondet Tho.
 sc̄da. 2. q. xl. q̄ obseruatio nō impedit ea
 que ordinantur ad hominis salutem etiā cor-
 poralē: vñ dñs arguit in deos dicens. Jo.
 vij. Mibi indignamini qz totū hoīem saluū
 feci in sabbato: et inde ē q̄ medici licite me-
 dicari possunt homines in sabbato: multo
 autē magis cōsideranda ē salus reipublice
 p̄ quā impediuntur occasiōes plurimozū et
 innumera mala tēporalia et sp̄ualia: q̄ sal-
 corporalis vnus hominis: et ideo p̄ tuitiōē
 reipublice fidelitū licitū est in dieb; fest; ex-
 ercere iusta bella: si tamen necessitas h̄ ex-
 poscat: quia hoc esset tēptare deū si im-
 te necessitate quis a bello vellet abstinere:

sed necessitate cessante nō est licitū bellare
 in diebus festis p̄pter rationē inductam.
 Quarto reddiū iniustū ex parte cause: q̄s
 scz inferens vel defendens non foueat ius-
 tam causā inferēdi vel defendēdi: vnde
 xxij. q. ij. c. j. dicit glo. q̄ bellū est iniustū
 ratione rei: vt si nō est p̄ repetēdis rebus
 intelligo p̄p̄rijs vel p̄ defensione patrie l-
 telligo iusta defensione: quia si verus do-
 minus papa vel p̄nceps populū suum seis
 de iure sibi subiectuz sibi inobediētē vel
 rebellem bello opprimeret: defendētes pa-
 triam iniuste agerent et peccarent: vt p̄ba-
 tur. xxij. q. liij. s. item ab aliquo: vbi patz q̄
 iuste interficiēdus non debet fugere mor-
 tem iniuste: tanta est vis iusticie. Quinto
 reddiū iniustū ratiōe p̄sone. Pro quo sciē-
 dū q̄ primo cōsiderāda ē p̄sone q̄ bellū gē-
 rit: an scz clericus vel laicus: q̄ si clericus nullā
 habens iurisdictionē: tunc bella mouere
 non debet: sed licite potest in necessitate se
 defendere: vt patet li. vj. de sen. excom. c.
 dilecto: q̄ si iurisdictionē tēporalē habet:
 tunc licet fm quosdam etiā in casu licito nō
 posset vti gladio tēporali nisi prius vtatur
 gladio sp̄uali: tamē hoc cōmuniter repro-
 batur p̄ Inno. Hosti. et alios doctores i dē-
 cto. c. dilecto: et dicunt q̄ idē est dicendū
 de eis quod de secularib; iudicib;: ita q̄
 quilibet p̄latus iurisdictionez habens tē-
 poralē cōtra inobedientes subditos licite
 mouet arma: vt patz exp̄sse. xv. q. vj. c. au-
 thoritatē cuius ē ratio quia tunc p̄p̄rie nō
 dicitur fieri bellum p̄ p̄latum sed potius ius-
 ticie vel iuris executio. ff. de rei ven. l. qui
 restituere: qd̄ est tm̄ dicere: q̄ iuris execu-
 tio non habet iniurias. Similiter ep̄i cum
 sint executores canonuz: vt de offi. oz. c. j.
 ideo licite mouere possūt bella cōtra here-
 ticos vl infideles. xliij. q. vij. ca. si d̄ reb;:
 vide textū extra d̄ heret. c. excōicam: simi-
 liter p̄ insidiantes vel insequentes hostili-
 ter cardinalem: vt li. vj. de penis. c. felicit;
 quia tales sunt diffidati a iure quasi ho-
 stes et rebelles iuris. Et idē sentiendū ē de
 quolibet qui haberet ip̄ius iuris execu-
 tionem exercere: imo forte et quilibet p̄uat-
 dūmodo p̄cedat declaratio sui iudicis: q̄
 declaratio i criminib; eccl̄asticis ē necessa-
 ria ab ip̄o fieda: vt patz li. vj. de heret. c. p̄-
 sidetes. c. vt inq̄sitionis. s. phibemus: sic
 in qualibet confiscatione vl pena pecunia-
 ria seu honoz app̄hensiōe facta a iure: nō
 debet executio fieri: nisi p̄cedat iudicis

declaratio: vt voluit Jo. an. post archid. li. vj. de penis. in. c. felicitis. Secundo vero consideranda est persona que auctorizat: nam si indicit bellum contra subditum proprium rebellem et contumacem: in non comparando vel iustis mandatis non parando: que tamen ad ipsius iurisdictionem pertinent: tunc licita est diffidatio et licitum bellum dummodo iurisdictione hec fiant. Si vero contra subditum alterius tunc iudex qui vult bellum indicere: primo debet requirere iudicem talis rebellis et de eo iusticiam petere: et tene si suus iudex non facit iusticiam potest bellum indicere sicut Innocentius. xxij. q. ij. c. dominus deus. Si vero non sit iudex qui de tali possit iusticiam facere tunc licet tali iudici bellum indicere iuris auctoritate: nec mirum: quia posset etiam priuatus auctoritate propria hoc casu rem suam recuperare. C. de iudeis. l. iudei. et l. nullus: multo magis hoc potest contra subditum proprium: licet melius faceret si ipse et subditus committerent causam iudicio arbitrorum: vt. xi. q. j. si clericus. Item oportet quod persona mandans habeat iustam mandandi auctoritatem: et talis est principaliter deus: ideo si diuino mandato bellum geritur hoc sine dubio iustum esse decernitur: in quo bello dux exercitus vel populus: non tam auctor belli quam minister iudicandus est. xxij. q. ij. c. dominus deus. Item papa potest indicere bellum iustum contra hostes fidei hereticos et alios rebelles: vnde dicitur. xxij. q. viij. c. dispar. Mirum est iudeorum et saracenorum causa: in illos enim qui christianos persequuntur et ex vrbibus et propriis sedibus pellunt iuste pugnantur: vbi tamen dicitur glo. quod lex dicit eis quiete degentibus nullam debere facere molestiam: vt. C. de sacristia. paga. christianis. Similiter quando sui subditi opprimuntur in iuuantibus et violentis iuste bellum inferunt: vt expresse patet. xxij. q. viij. c. scire. Sic imperator indicere potest bellum: vnde dicit Innocentius. in. c. olim causam: extra de resti. spo. quod princeps sine auctoritate hominis cui non subest. et sine auctoritate iuris cui non astringitur mouet bellum et subdit: bellum autem sicut proprie dicitur solus princeps qui superiorem non habet indicere potest. Quod autem dictum est de papa et impatore quod eorum edicto iustum est bellum: sane intelligitur: si iusticiam habent pro parte sua: si enim iuberent mala vel iniusta: non esset eis obediendum: vt dicit Augustinus. xi. q. iij. c. non semper. et. c. si dominus. Preterea si contra

bellum indicit a persona priuata vel inferiori contra superiorem: hoc absurdum et iniustum est siue offendendo siue defendendo: quod si superior iniuste vexat subditum: tunc licet propter bonum obedientie subditus melius faceret humiliter obediendo vel patienter sufferendo: iuxta illud apostoli. Non vos defendentes charissimi sed date locum ire: et hoc si superior iniuriam faceret persone. Si vero rebus tunc melius esset dimittere pallium post tunicam: et rerum sustinere iacturam: quam pro rebus transitorijs conservandis tam acriter in alios exardescere: tamen quia hoc est consilium: dico quod talis conuenire potest suum superiorem et querelam deponere coram superiore sui superioris vel coram episcopo: quod si alter superiorem non habeat vel recognoscat: vel etiam inuani conquiret episcopo vel alteri: tunc puto quod violenter poterit ei resistere: quia hoc est se defendere: vt est expressum in li. feudorum: de ml. va. qui contumax est. c. vno: in fi. vbi dicit textus: quod si dominus militi vasallo iusticiam facere noluerit: vasallus dominum potest derobare. id est deponere. Ceterum si vnus dominus vel priuatus mouere vult bellum contra alium dominum vel priuatum qui mutuo non sunt subditi: tunc si hoc fit contra habentem vel recognoscentem superiorem debet prius requirere a superiore illius quod de tali subdito sibi mistret iusticiam quam denegata licite mouere potest bellum sicut Innocentius et Jo. an. in. c. dilectis: de appel. alioquin si non prius iusticiam requireret: tunc inferens teneret ad damna et expensas passio bellum quia sibi ipse non potest ius facere nec esse iudex in causa propria: imo actor debet sequi forum rei: vt de foro. compe. c. j. et ij. hoc vult etiam Innocentius. Hosti. Jo. an. et alij. in dicto c. olim. Si vero contra non recognoscentem superiorem sed tamen stare paratum iuri vel iudicio arbitrorum vel bonorum virorum: habentem etiam iniusticiam pro se: non debet tali indicere bellum: quia bellum tamen debet esse necessitatum: vt patet. xxij. q. j. c. militare: sed vbi non vult stare iuri nec cognoscit superiorem: licet de honestate antequam fieret bellum iniurians requiri deberet: ex hoc tamen si inferre volens iustam habet causam iuste inferunt: nam in hoc casu deus licite res proprias auctore propria capit: et si illas recuperare non poterit alias loco suarum poterit: vt patet per doctores in dicto. c. olim. Et Hosti. i. c. j. de treu. et pace: dicit quod in hoc casu licitum est aduersarium deponere. Et

similiter quando dominus vel ciuitas req̄-
sita denegat d̄ suo subdito facere iusticiā.
Hic incidentaliter queri p̄t: quid de ca-
pto: q̄ p̄misit vel iurauit ad carcerē reuer-
ti: et si reuertitur scit se moriturū: an tenea-
tur reuerti. Solutio in cle. c. pastoralis: de
re iudi: in glo. p̄ hanc: dicit captiuū non te-
neri ad redeūdū in vincula si iniuriose te-
nebatur: vel si esset dubium: tamē p̄sulen-
dum esset q̄ adiret papam p̄ relaxatiōe iu-
ramenti: sed si mors vel captura nō eēt in-
iuriosa: tunc nō posset eam fugere sine p̄-
iurio sed reuerti teneret: sed ante capturā
fugere p̄t: licet se cognoscat reum criminis:
q̄ non est iure cautū q̄ sponte se debeat d̄
recte vel indirecte offerre supplicio: s̄ poti-
us reseruare diuino iudicio q̄ vlciscif nō
punita ī hoc seculo. Deniq̄ queri potest
vtruz acquisita vel capta in bello retineri
possunt quasi pp̄ria: v̄l teneat quis ad re-
stitutionem. Ad hoc dicendū q̄ mouens
bellū iniuste: tenet ad restitutionē omnium
que pdita sunt in bello a quacūq̄ pte sint
pdita: quia talis censet p̄do vel latro. ff. d̄
cap. l. hostes: et primo tenet aduersarijs
de omnib⁹ damnis illatis: secūdo tenetur
suis pp̄rijs hominib⁹ de dānis que recepe-
runt ab aduersarijs qui iuste repugnabāt
si ip̄i pp̄rij homines eum inuenerūt bona fi-
de: aut si fuerūt inducti eius cōsilio timo-
re vel coactione et de se non erant facturī:
Nam regula iuris ē: qui occasionē damni
dat: damnū dedisse videt: secus si mala fi-
de inuerūt eum: in quo casu nullā habent
cōtra ip̄m actionē. Si vero mouet bellum
iuste: facit suum quicquid capit ab hoste vel
auxiliatorib⁹ eius siue subditis siue alijs
quousq̄ sibi sit satisfactū de omni damno
et labore et ope tam sui q̄ suorū: v̄l donec se
hostis offerat ad ius et satisfacere velit.
xxij. q. vij. c. si de rebus: verūtamen vltra
hoc non debet recipe: nisi forte talis esset
hostis q̄ p̄pter heresim vel propter aliud
hmoi bona sua essent p̄dictuz publicata.
Q̄ si obijcitur res capte nō sunt solute p̄
debito: sed ī bello iuste quesite. di. j. ius gē-
tū. Ad hoc dicendū q̄ saltē iure poli non
posset hostem in iudicio p̄uenire nec vltra
estimationē damnorū illatorū a patiente
iuste bellū vel iniuriarū illatarū inferens
bellū possit exigere: v̄l vltra p̄dicta exacta
in bello pseuerare: quia nō debet quis du-
plici pena p̄teri. Et li. vj. de re. iur. bona fi-
des non patit v̄t semel exactū iterū exiga-

tur: et si ponat q̄ adhuc non sit habita res
p̄pter quā fuit inchoatū bellū: dico q̄ esse
matio succedit loco rei. Subditi vero bel-
lantiū iniuste si tali bello non p̄stant d̄nis
p̄siliū: auxiliū vel fauorem: nō sūt spoli-
andi vel in aliquo puniendi: q̄ peccata de-
bent t̄m actores tenere: vt eē de his q̄ si. a
ma. pte ca. c. quesuit: vbi dicit: peccata su-
os actores tenere debeāt: nec pena sit v̄lte-
rius p̄trahenda q̄ delictum fuerit in exce-
dente reptum: vide tamē ibi glo. Q̄d v̄t
est etiā si d̄nis p̄dictorū in ip̄o iniusto bello
v̄tas rebus ip̄orū eis ablati: similiter nō
sunt spoliādi clerici: religiosi: p̄uersi: pere-
grini: mercatores: rustici euntes et redeun-
tes et in agricultura existētes: et animalia
quibus arant et semina portāt: vt extra de
treu. et pa. c. innouam⁹. xxiiij. q. iij. si quis
romipetas. Iterū queri p̄t: vtrū aliquē
p̄ncipem vel d̄m in bello iuantes: excu-
sant a crimine. Ad hoc dicendū: q̄ si con-
stat bellum esse iustum: tunc si in p̄stando
p̄siliū vel auxiliū non excedant: licite iu-
uare possunt: q̄ regula iuris ē: qui facit p̄
aliū est p̄inde ac si faciat p̄ seip̄m. li. vj. Et
iterū: p̄t quis p̄ alium q̄d p̄t facere p̄ se-
ip̄m: si t̄m fuerit tales p̄sone que licite pos-
sent arma exercere. Si hō bellū p̄stat esse
iniustum: tūc non excusant adiuantes:
etiā si fuerint subditi q̄ hoc facerēt de mā-
dato d̄ni sui: et tenent restituere damna q̄
intulerunt: q̄ plus debēt timere deum q̄
hōiem: eē de iure iur. c. sicut. liij. Si deniq̄
dubiu ē: v̄t bellū sit iustū vel nō: tūc si ta-
les iuantes sūt subditi illi⁹ bellū mouen-
tis: et credunt illū quē iuuant habere et fo-
uere iustū bellū: tunc excusant p̄pter ho-
num obediētie: siliter et in dubio excusāt:
vt patz exp̄sse. xxij. q. j. c. q̄d culpā: in fi-
verūtamen milites stipendiarij exnei v̄l cog-
nati aut amici iuantes q̄ non sūt subditi: ī
tali casu nō excusant: nec debent in dubio
se cōmittere discrimini vt iuuet aliquē in-
p̄iudiciū alterius. Q̄ si obijcitur d̄ aduoca-
to quem excusat bona fides: q̄ diu credit
esse iustam causam quā fouet: lz in verita-
te sit iniusta: dicendū q̄ nō est simile: q̄ est
ibi iudex superior qui causā examinat et iu-
dicat de allegatis. In bello vero in virib⁹
corp̄alib⁹ negociū agit: nec p̄ rationē diu-
dicat. De restitutione hō faciēda p̄pter
damnū iniuste illatum: aut homicidiū in-
iusto patratū: vide plenissime ī septimo p̄-
cepto. Ad laudem dei.

De quattuor peccatis ad deum p
vindicta clamantibus: quae sunt fratri-
cidium: sodomia: oppressio et merce-
dis detentio: Sermo V

Non occides Exo.

N xx. Congruè satis restat nunc vi-
dere de peccatis ad deum p vindi-
cta clamantibus: quae sunt precipue quattuor: sicut
interpretatiue quadruplex genus homicidij
corporalis distinguere potest: et his versibus nota-
ri solent. Clamitat in celis vox sanguinis
et sodomorum. Vox oppressorum merces
detenta laborum. Dicunt autem ista peccata ad
deum clamare p vindicta: quia suis enormita-
tibus deum potissime ad vindictam provocant
ut patebit inferius p singula. Primum igitur
peccatum pro vindicta ad deum clamans est
fratricidium quod alii vocant homicidium:
de quo habet Genes. iij. et magister in histo-
rijs dicit: quod Abel fuit pastor ovium: et Cayn
agricola: post multos ergo dies obtulerunt
domino munera: credit enim Adam in spiritu do-
cuisse filios ut deo offerrent decimas et pri-
micias. Cayn ergo obtulit de frugibus ter-
re deo sed de peioribus et corrosis: ut dicit Iy-
ra. Abel autem obtulit de primogenitis gregis
sui et adipibus eorum. id est de pinguioribus:
et secundum Iosephum obtulit lac et primogenita
agnorum: et respexit dominus ad Abel. id est ad bo-
nitatem et intentionem ipsius: et pro consequens ad
munera eius: quia tales oblationes non erant
accepte deo ex seipsis sed ex bonitate offer-
rentium. Ad Cayn autem et ad munera eius non
respexit: munera namque ex avaricia hominis
nata deo non placuerunt: quia plus probat dominus
intentionem quam actionem: plus voluntatem quam fa-
cultatem. Quod si queritur quomodo respexit dominus
ad Abel et ad eius munera. Respondet transla-
tio Theodotidis: quod inflamavit deus super
Abel et super eius munera: ignis enim de celo
oblationem eius incendit: ut legitur factus He-
lye in Carmelo. iij. Reg. xvij. et sub Moyse
Levit. xix. et sub Sedeone Iudicum. vj. Fra-
tusque est Cayn vehementer et occidit vultus
eius pro verecundia: minorem sibi placitum vi-
dens. Cetera patent versus ibi: quid fecisti:
Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de
terra: nunc ergo maledictus eris super ter-
ram. Et Cayn pro timore damnans se ac de-
sperans respondit: Maior est iniquitas mea
quam ut veniam merear etc. et posuit dominus

signum in Cayn tremorem capitis et omnia
membrorum: et sic scilicet a domino punitus
et excommunicatus et indignus misericordia
non interficeretur: in faciem tamen eius secundum quos-
dam speciale signum impressit et hoc in fron-
te ut cognosceretur ab omnibus innocentem
fratrem occidisse: et sic hominibus abominabi-
lis redderetur: sic etiam sepius copertum est:
quod homicida presente occisi vulnera fluxum
sanguinis renouabant: velut occulto dei iu-
dicio vindictam expetendo: verumtamen be-
atus ille qui passus iniuriam pro dei amore reo
misericorditer indulget. Hinc incidenta-
liter queri potest: utrum inimico petenti veniam
teneamur remittere non tamen rancorem sed
etiam emendam: praesertim cum dicatur Leviticus.
xix. Non queras ultionem nec memor eris in-
iurie civium tuorum: nimirum cum malus est se non
defendere: quam petenti veniam emendam remit-
tere. Sed dicit apostolus ad Romanos. xij. Non vos
metipsos defendentes sed date locum ire.
Et Matthaeus. v. Si quis te percusserit in unam
maxillam probe ei et alteram. Ad hoc respondet
Richardus. sup. iij. di. xxx. quod inimico petenti: et
si teneat homo remittere signum rancoris: quia
rancorem tenet remittere etiam non petenti:
non tamen tenet remittere satisfactionem seu
emendam pro iniuria sibi facta: sed pro illa sibi
de iure competit actio in iudicio contra iniuriam
antem: nisi forte sit homo talis statim seu ob-
ligatione tali ligatus: ratione cuius in iudi-
cio sibi non convenit emendam requirere: alijs
autem quibus competit repetitio: solum ex pre-
cepto interdicitur actio contra iniuriantem quae fit
zelo vindictae: non autem quae fit zelo iusticiae:
quia quantum ad primum est preceptum: quantum
autem ad secundum est consilium: quod est superoga-
tionis et non necessitatis: tenet tamen iniu-
riantem non excludere ab orationibus quae fun-
dit pro fidelibus: et non negare communia sig-
na charitatis: et in casu necessitatis tenet
etiam illi temporaliter subvenire si potest sine alte-
rius praedudicio cui magis obligatur. Secun-
dum vero peccatum ad deum clamans pro vindi-
cta est vitium sodomiticum: de quo habetur
Genes. xvij. dicente domino: Clamor sodomorum
et gomorreorum multiplicatus est: ubi dicit Gre-
gorius. quod novitas tante et tam inaudite turpitu-
dinis quasi admirationem et dubitationem pa-
rit in audiente: unde dominus quasi admirans et du-
bitans super tanto scelere introducit loquentem.
Descendat et videbo: quasi diceret incredibi-
le mihi videtur humanam naturam ad tantum de-
venisse flagitium: nam instantem exarserunt

A

B

concupiscētijs q̄ et angelis scelere tam in-
audito abuti volebāt. Quod aut sequit̄:
et peccatū eorū aggrauatū est nimis: dicūt
sup hoc doctores hebrei: q̄ ista aggraua-
tio fuit ex eo q̄ quā dā puellā insolita mor-
te occiderūt eo q̄ alimēta dederat paupe-
ri: et hoc cōsonat dicto Ezech. xvj. vbi dicit̄:
Tu ego dicit dñs: quia nō fecit sodomā
soror tua et filie eius sicut fecisti tu et filie
tue: ecce fuit iniquitas hec sodomē sororū
tue: superbia: saturitas panis et abundan-
tia sc̄z diuitiarum: et luxuria et ocium ip̄i:
et manum egeno et paup̄i non porrigebāt:
tu tamē o ingrate christiane peiora quoti-
die ppetras: qui post accepta tam mani-
festa veritatis documēta tam infinita cha-
ritatis insignia: post effusum christi sāgui-
nem inflaris: superbia illaquearis: auari-
cia cōmessationibus vacas et ocio: nec est
qui pupillis christi marcescentib⁹ inedia
miseret̄: vt Mat. x. christus dicat. Amen
dico vobis tolerabil⁹ erit terre sodomorū
et gomorreorū in die iudicij: q̄ illi ciui-
tati que nō recepit vos sc̄z pauperes me-
os. Cōperto igitur scelere tam nephando
pluit domin⁹ sup eos ignem et sulphurem:
et p vindicta criminis subuertit omnē cir-
ca regionem nō solū reos sed et puulos eo-
rum ac lumēta: nec nō terrenascētia et ip̄az
terram cōsumpsit et cōuertit in mare mor-
tuum: vnde quasi de igne infernali sūpta
est illa vindicta qui nō poterat expectare
ppter inauditū scelus donec cetera pecca-
ta punirent̄: dicit̄ aut mare mortuū: quia
fm magistrum in historijs: nec pisces nec
aues in eo viuūt nec aliquā materiā susti-
net nisi bituminatā: nam omne carens vi-
ta submergit̄: et ecōuerso si quid viuū aliq̄
arte submerseris superxilit̄ adeo vt lucer-
na ardens supnatat que extincta mergit̄:
quia nihil viuū in eo submergi potest. Re-
fert enī Josephus q̄ Aespasian⁹ hoc expe-
riri volens quosdā manib⁹ post terga vin-
ctis iussit in altum maris p̄ici: et oēs tāq̄
vt spūs sursum depulsi desup fluitabant:
vnde in detestationē criminis fetor maris
huius est horribilissim⁹ quasi p̄nunciū fe-
toris infernalis apte se declarās terra p-
inde circūfacens particeps maledictiōis
huius: arbores quidē profert pomiferas:
quarum poma licz ad maturitatem dedu-
cta pulcherrima videant̄: si tamē incidas
fauillam intus inuenies: que omnia et mul-
ta similia in detestationē huius peccati a

deo sunt inflicta: vnde et vxor Loth retro
spiciens in statuā salis versa est: vt sic ostē-
deret domin⁹ quantū ei displiceat peccatū
huius sola memoria: et in hoc quidem ge-
nere peccati computant̄ omnia peccata cō-
tra naturam que sc̄z repugnant ip̄i ordinē
actus venerē qui cōuenit humane speciei
de quib⁹ videbat in. vj. p̄cepto: omnes enī
qualitercūq̄ vitia cōtra naturā ppetrātes
ex quibus sc̄z p̄les sequi nō potest hostes
sunt et aduersarij dei: destructoresq̄ gene-
ris humani: quia deus creauit homines vt
multiplicent̄ sup terram: et isti dant operā
vt pereat opus dei: hinc est q̄ specialit̄ cla-
mat ad dominū p vindicta: quia vt dicit
Augu. p illud violat̄ societas que nob̄ cū
deo esse debet: cum eadē natura cuius au-
ctor ip̄e est libidinis pueritate polluitur.
Dicit etiā Augu. q̄ vidēs deus vitiū con-
tra naturā i humana natura fieri: fere des-
ijt incarnari: cui⁹ etiā vindicta patz Sen.
xxxvij. vbi dicit̄: q̄ Her primogenit⁹ Ju-
de neq̄ fuit in conspectu domini: vnde di-
cunt doctores hebrei: q̄ ad vxorem suam
afficiebat̄ libidinose: et ideo precauebat ne
impregnaret̄ fundens semen extravas de-
bitū: ne sc̄z ex impregnatiōe eius pulchri-
tudo minueretur aut eius cōcubitu ad tē-
pus frustraretur: et ideo diuino iudicio iux-
ta eam inuentus est mortu⁹: vt dicit glo.
Similiter et frater eius fundebat semē su-
per terram eo q̄ primogenit⁹ filius ascri-
beretur fratri defuncto non sibi: et ideo p-
cussit eum domin⁹ et mortu⁹ est: sic pereūt
in eternū libidinosi peccatores a facie dei:
qui contra naturam peccantes nature au-
ctorem impugnant. Omnis namq̄ libidi-
nosa pollutio procurata quaz ex suo gene-
re vel modo susceptio p̄lis sequi non pōt:
vitiū cōtra naturam iudicat̄: multo ta-
men execrabili⁹ ē inter illa resolutio que
fit i vitiū sodomitico: quod vitiū ppter
suaz abominabilitatē apostol⁹ ad Roma.
j. Locat anthonomatice turpitudinē: naz
post peccatū bestialitatis istud vitiū ab-
ominabili⁹ vel restabili⁹ iudicat̄ adeo
q̄ ad hoc vitiū p̄cauendū antiqui p̄es re-
periunt̄ adulteriū vl stuprū q̄si nihil repu-
tasse respectu istius vitij: obtulit enī Loth
duas filias Xgines ad publicū stuprū: vt
impediret h̄ vitiū. Et ali⁹ q̄dē vt habet Ju-
dicū. xix. obtulit filiā Xginē dicit̄: Habeo
filiā Xginē et h̄ homo habet sc̄cubinā rē. et
sequit̄: Tm̄ obsecro vt scelus hoc p̄ natu-

ram non opemini in virū. Mirum cū refert Methodius vitium hoc fuit causa generalis diluuij. Tertium p̄inde peccatum ad deū p̄ vindicta clamans est oppressio vel afflictio viduarū & pupillarū: p̄tra quod dicitur Exo. xx. Vidue & pupillo nō nocetis: si leseritis eos clamabunt ad me & ego exaudiam eos & clamores eorū. Et si queris: que dicitur vidua: dicitur q̄ vulgari sermone illa vidua dicitur cuius maritus mortuus est: vt patz. xxxiiij. di. c. vidua: & que desijt esse nupta: vnde et virgo vidua esse dicitur. C. d. ver. sig. l. malū. s. vidua: sed dicitur magis p̄prie vidua que suis vel parentū opibus sustentari non p̄t: vt patz. j. q. ij. c. sicut episcopū. s. auctoritate: vbi subdit: viduas honora q̄ vere vidue sunt: que aut non sunt vere vidue. id ē q̄ suis vel parētū opibus sustentari possunt nō recipiant: vt ecclesia sufficiat his que vere vidue sūt: & tales vidue vt patet ex hoc ab ecclesia p̄videri debent quātū possibile est. Similiter et alij paupes ac p̄sone miserabiles q̄ non habent alīs vnde sustentent: vt patz. lxxxij. di. c. j. & ij. vnde rationabiliter dici p̄t: q̄ s̄ nomine vidue & pupilli p̄tinent omnes p̄sone miserabiles. Miserabilis p̄sona vero dicitur sup̄ quā natura mouetur ad miserandum: siue vir siue mulier paup̄: oppressus: debilis: infirmus vel desolat⁹. Est etiaz p̄sona miserabilis que causas p̄prias administrare non p̄t: siue sit vidua: pupill⁹: orphanus: cecus: senex: decrepitus: diuturno morbo fatigat⁹ & omnes quib⁹ natura mouet ad miserandum p̄pter iniuriā fortune licz etiam diuites sunt: & tales etiam tenent defendere & adiuuare licz essent diuites. Hinc etiā viduis & pupillis concessit imperator magnū priuilegiū & earū cause spectant ad iudiciū ecclesie: & ideo ministris ecclesie cōceditur: q̄ p̄ se & p̄ miserabilibus p̄sonis defendēdis i iudicijs secularibus intendere possunt questionib⁹: vt patz. ex p̄esse. lxxxvj. di. c. puenit: & hoc est ex cōcilio calcedonē. lxxxvij. di. c. desolatis. lxxxvij. di. c. j. Et extra de postulādo. c. j. & vl. cū glossis. Peccatum igit̄ oppressiōis talium miserabilium p̄sonarū clamat ad dominū p̄ vindicta. Mirum cum talib⁹ p̄sonis in necessitatibus nō subuenire mutuādo vl̄ ab eis debita cum nimia austeritate repetere iudicat esse peccatum p̄ vindicta clamās ad dominū. Quod aut̄ ad primū p̄cepit dñs Deu. xvj. dicens: Si vnus d̄ fratrib⁹

tuis ad paupertatē deuenierit: non obduraabis cor tuum nec cōtrahes manū tuā: sed dabis mutuū quo eum indigere p̄spexeris: caue ne forte tibi subrepat impia cogitatio & dicas in corde tuo: appropinquat septimus annus remissionis: in quo nō licebit repetere debita vel mutuata nisi anno finito: & auertas oculos a paupe fratre tuo: nolens ei qd̄ postulat mutuū comodare: ne clamet cōtra te ad dñm & fiat tibi in peccatū. Unde dicunt hebrei sup̄ Ruth. j. q̄ p̄p̄ famem que acciderat i terra isrl̄ multi pauperes currebāt ad elimelech virū noemiz: qz diues erat et potens: sed qz p̄pter eius auariciā durū illi fuerat paupib⁹ dare vel comodare: ideo ad euitādas eorū importunitates exijt de terra sua cum bonis mobilibus que habebat: & qz p̄pter malā causam exijt: diuino iudicio peregrin⁹ iterijt in egestate cum duobus filijs: vnde reuersa vxor eius Moemi i terrā suā ait. Egressa sum plena scz filijs & diuitijs: & vacuam me reduxit dñs. Quod etiam ad scdm̄ dicitur Exo. xxij. Si pecuniā mutuo dederis pupillo meo paupi: non urgebis eū quasi exactor. Mira: repetēs debitū cū nimia austeritate q̄ diu impotens est ad soluendū: sequit̄ nec vsuris vl̄ opprimes. Ex quibus liquido patz q̄ creditor debitorē opprimēs quem scit impotentē absoluendū: p̄mptū tamē ad satisfaciendū iudicio bonorū grauissime peccat: nisi forte debitor absolutiōnem negligent⁹ agat: sua iudis & cōmesationibus p̄sumens ac ocio vacans: & ad soluendū quasi nullam curam adhibens: vnde p̄dicti creditoris vt pauperē taliter opprimentis peccatū p̄ vindicta clamitat in celum: sic̄ responsum est cōquirētibus: Esale. lvij. Quare ieiunauim⁹ & non aspexisti: hūiliauimus aīas nostras & nescisti: Ecce inqt̄ in die ieiunij v̄ri inuenit̄ voluntas v̄ra nō mea scz illa q̄ omnes debitores v̄ros repetitis: ad hoc enī tūc vacabāt: eo q̄ vsqz ad noctē tunc ieiunabāt: sequitur. Ecce ad lites & p̄tentiones ieiunatis scz cū lite debita repetentes: glo. ibidē: qui repetit non habentē deo facit violentiā: & ido subdit: vt audiat̄ i excelsis clamor vester: nam om̄is oppressio p̄ximi clamat ad deū vindictam: vt patz Exo. xxij. Si clamauerit ad me exaudiat̄ eum qz misericors sum. Hinc dñs dicit Exo. iij. Audi afflictionem populi mei qui est in egypto & clamorē ei⁹ audiuī p̄pter duriciā eorū qui p̄sunt opib⁹

et sciens dolorem eius descendit ut liberarem eum. Quae ingenua nobilitate Trajanus imperator licet gentilis imitatus est. Nam secundum Melinandum in gestis romanorum: cum Trajanus imperator equum ascendisset ad bellum profecturus: vidua quedam apprehenso pede illius miserabiliter lugens: iusticiam sibi fieri petijt: de his qui filium suum innocentem occiderant dicens. Tu auguste imperas: et ego tam atrocem iniuriam patior: cui imperator. Ego tibi satisfaciam cum rediero: cui illa. Quid si non redieris? Successor meus inquit satisfaciet: et illa. Quid tibi prodest si alius benefecerit: tu mihi debitor es secundum merita receptorus: et fraus est utique reddere: nolle quod debes: successor tuus iniuriam patientibus pro se tenebit: non te liberabit iusticia aliena: nam bene agetur cum successore tuo si te liberauerit: his verbis morose imperator de equo descendens causam personaliter examinans viduam condigna satisfactione consolatus est: unde in foro trayano statua fuit posita representans quomodo in expeditione positus viduam liberavit: et in senatu clamatum est non alter felicitior Augusto nec melior Traiano. Quartum denique peccatum est detentio mercedis operariorum iniusta: de qua dicitur Deuter. xxliij. Non negabis mercedem indigentis et pauperis fratris tui: siue aduene qui tecum moratur in terra: et intra portas tuas est: sed eadem die reddes ei precium laboris sui ante solis occasum: quia pauper est et ex eo sustentat animam suam: ne clamet contra te ad dominum et reputet tibi in peccatum. Et si quis in quale et in quo enorose peccatum reputabit. Respondet sapiens Ecclesi. xxxliij. Qui effundit sanguinem et qui fraudem facit mercenario fratres sunt: quia ambo sunt peccata vindictam ad deum clamantia. Dicit enim Iacobus. v. Ecce merces operariorum vestrorum qui messuerunt regiones vestras qui fraudati sunt a vobis clamant: et clamor eorum in aures domini sabaoth introijt. Et dicit notanter quod merces clamant non mercenarius: quia plerumque pauper lesus iniuratur vel a mercede fraudatus: nec mutire quidem audet pro timore diuitum: et ex eo clamor mercedis efficacius violentior: sicut patuit de filiis israel in labore luti et laterum nequiter oppressis ab aegyptiis. Et si queritur: an non liceat protrahere solutionem in crastinum in casu quod tunc certitudinaliter solueret. Ad hoc respondet dominus Levit. xix. Non morabitur opus mercenarii tui apud te usque ma-

ne. glo. merces scilicet qua forsitan viuit cum vxore sua et filiis et parentibus: si deserit deficiente victu et si in crastinum recipit vim tamen et calumnia pertulit: quia interim unde viueret non habuit: hoc contra multos qui solutionem protrahunt non solum de die in diem sed etiam de anno in annum: imo plerumque tandem vel debita negant vel quod peius est sibi seruientibus falso crimine imponunt ut hac occasione solutionem debitam subterfugiant in futurum damnationem multiplicem receptorum. Ad laudem dei omnipotentis.

De peccato criminali: originali: actuali: mortali et veniali: Ser VI

Non occides Exo.

xx. In precedentibus expediti de homicidio corporali: quod opere vel manu committit. Iuxta ordinem debito persequendum de homicidio spirituali scilicet ipsius anime: quod in se vel etiam in proximo committit. In primo quidem peccatum manifestum quod scandala suscitatur pusillorum. In se vero per quodlibet peccatum mortale siue occultum siue manifestum. Ad persequendum igitur primo homicidium spirituale quod unusquisque peccator in seipso committit: sciendum est quod peccatum est idem quod prauus actus. Delictum vero boni desertio quasi derelictum: quia dicit Augustinus in questionibus leuiticorum. quod declinare a bono delictum est: facere vero malum peccatum est. Indifferenter tamen et peccatum nomine delicti et delictum nomine peccati appellatur. Hic ergo queri potest que sit differentia inter criminalia et mortalia: cum vtrumque sepius in scriptura sacra inueniat. Ad hoc breuiter dicendum est: quod est differentia inter ea sicut inter genus et speciem: nam quicumque peccata sunt criminalia sunt etiam mortalia: sed non e converso: multa namque sunt mortalia que non sunt criminalia: quia non inducunt decapitationem: depositionem: exilium: vel detractionem in carcerem: licet etiam omne peccatum mortale vocatur quodammodo crimen: proprie tamen crimen est graue peccatum accusatione et damnatione dignissimum: ut dicitur. lxxv. di. c. j. i. f. Unde primum peccatum criminale est peccare in fidei trinitate. Secundum est peccatum contra naturam. Tertium est homicidium. Quartum est crimen lese maiestatis. Quintum est sacrilegium cum effractione violenta. Sextum est incestus. Septimum adulterium. Octauum conspiratio. Nonum falsum testimonium. Decimum simo-

nia in ordine et beneficio. Undecimū vstra. Omnia ista sunt criminalia maiora ac-
cusatione et damnatione dignissima. Alia
vero peccata non vocantur recte criminalia: quia
non sunt capitalia licet sint mortalia: sunt enim
dispensabilia sine discoloratione ecclesie:
hec archidia. xxv. di. c. alias. Verū tamen
non solum criminalia sed etiam omnia morta-
lia mortem inducunt anime ipsius operantis:
Infinita enim iactura mortale peccatum ope-
ratur in homine: nam inter cetera offēdit
deum et vniuersam ecclesiam triumphantem:
spiritus sancti pignus aufert: mentem macu-
lat: obnubilat et charitate nudat: merita
mortificat: opera in mortali facta annibi-
lat: animam vitam eternam priuat: et finalis dā-
nat et apostaticis spiritibus tam similitu-
dine quam reprobatione associat. Sed quia
duplex est peccatum spirituale mortem adducens
scilicet originale et actuale mortale. Primo quæ-
ri potest quid sit peccatum originale. Ad hoc di-
cendum sunt doctores quod illud peccatum origina-
le dicitur quod ab origine natiuitatis contra-
bitur: quia secundum apostolum. Omnes nascimur filii ire:
et contrahimus ex Adam per carnem propagatam ex
eo. Nā dicit cōpendiū theologie: quod anima
non sit extraduce: culpa tamē originalis
ab anima ad eam transit ad animas posterorum
mediante carne per concupiscentiam generata:
sicut enim ab anima ad eam ipso adam peccate in-
fecta fuit caro ad eam et effecta pena ad libidi-
nem: sic caro seminata secum trahens infectio-
nem vitiat animas posterorum. Ex quo patet quod
originale peccatum est in carne et in anima: sed
in carne materialiter et originaliter: in ani-
ma vero formaliter et tanquam in subiecto. Di-
cit autem Inno. quod originale peccatum non est fo-
mes nec penitus peccati: sed quidam a se ma-
cula fomiti annexa que deletur in baptismo:
sed quia fomiti est annexa ideo fomes vel
illa penitus aliquando dicitur originale pec-
catum: et secundum hoc intelligitur quod ait Aug. scilicet
quod originale peccatum reatu transit in bap-
tismo sed actu remanet: quia macula que facit
hominem reum eterne pene: transit ut de cete-
ro ratione peccati illius non sit astrictus eter-
ne pene: minus tamē proprie dicitur idem pecca-
tum actu remanere: quia remanet penitus ex
qua surgunt actuales concupiscentie. Quod si
queritur: cum christus satisfecerit per passionem suam
per peccatum primorum penitentium et plene: ex quo
originale derivat ad posterum cur non fuit
sublatum originale per mortem christi. Ad
hoc respondet arch. de pe. di. j. c. serpens. quod

cum Adā et Eua peccauerunt transgredien-
do preceptum domini: omnes eramus in ipsis origi-
naliter vel seminaliter: et ideo quodammodo
omnes peccauimus ipsis peccantibus: sed in
christo cum satisfecit pro peccato primorum par-
tium non eramus. et ideo pro ipsius satisfactione il-
lud peccatum sublatum non fuit. Et si quis querat cur
originale peccatum imputetur anime: cum illud tan-
tum strahatur ex carnis corruptione. Ad hoc
quidam dicunt quod ideo: quia anima cōdelectatur ipsi
carni: et ideo illi etiam imputatur. Melius ta-
men dici potest quod ibi quidam digna retributio
notatur: prius enim peccauit anima primi paren-
tis et ita corrumpit ipsam carnem: et ideo modo
corruptio carnis corrumpit animam. Secū-
do quod potest vtrum peccatum originale fuerit
grauius alijs peccatis mortalibus: presertim
cum pena culpe proportionari debet: sed peccatum
illud grauissime punitum est. Ad hoc respondet
Tho. secunda 2. q. cxxij. quod in peccato duplex
grauitas attendi potest. Una quidem ex ipsa spe-
cie peccati: sicut dicimus adulterium grauius
esse peccatum simplici fornicatione. Alia gra-
uitas peccati est que attenditur secundum aliquam
circūstantiam loci: temporis vel persone: sed pri-
ma grauitas essentialior et principalior est pec-
cato: vnde secundum eam magis peccatum dicitur graue
quam secundum aliam. Dicendum est igitur quod peccatum protho-
parentis non fuit grauius omnibus alijs pec-
catis humanis secundum peccati speciem: quia licet su-
perbia secundum genus suum habeat quandam excellen-
tiam inter alia peccata: maior tamē est superbia
qua quis deum negat vel blasphemat: quam
superbia qua quis inordinate diuinam simili-
tudinem appetit: qualis fuit superbia primorum
penitentium: qui scilicet sunt inordinate supra suam
mensuram appetierunt diuinam similitudinem
tantum ad sciens boni et mali sic serpens eis sugges-
sit: ut scilicet pro virtute proprie nature determinaret
sibi quod esset bonum et quod malum: et vltimum quod
ad propria partem operandi: ut scilicet virtute proprie na-
ture operaretur ad beatitudinem consequendam: ve-
runtamen secundum additionem personarum peccantium habu-
it illud peccatum maximam grauitatem propter per-
fectionem status ipsorum. vnde dicit Aug. xiiij.
de ciui. dei. Magna fuit in peccato iniqtas
vbi tanta fuit in non peccato facilitas: habe-
bant enim primi penitentium maximam ad non peccan-
di facilitatem: quia nihil habebant intrinsecus quod
eos ad peccandum impelleret et suggestionibus
diaboli sine omni difficultate resistere potuis-
sent: et sicut peccatum illud secundum quod fuit grauissi-
mum sed non simpliciter ac pene magnitudo
quod persecuta est ad illud primum peccatum non corre-

respondet pctō fm quātitatē pprie speciei: sed inquātū fuit ex hoc interrupta primi status innocentia: qua subtracta deordinata est tota humana natura que tunc virtualiter erat in primis pentibus. Nam qz primi parentes instituti fuerūt a deo: non qsi quedā persone singulares: sed sic qdaz pncipia toti hūnane nature ab eis in posteris deriuāde: simul cū beneficio diuino pseruante a morte et alijs defectib⁹ corpali bus et spūalib⁹: ideo p eoz pctm tota hūna natura in posteros tali beneficio destituta: mortē et defectus multipharios incurrit: insup et dānationē eternā aīe et corpis saltē quātū ad penā damni. Tertio queri pōt de pctō actuali mortali quādo. s. peccatū dicit mortale et quādo nō. Ad hoc dicendū qz pctm mortale dupliciter cōtingit fieri. Primo p accidens sicut pscientia erronea facit ibidē esse mortale pctm vbi fm se nō erat mortale pctm vel etiā nullū peccatū: d qua pscia erronea plura dixisse meminī in sermonib⁹ de trib⁹ ptib⁹ penitētie in sermone secūdo de opibus misericordie spūalis. Vel etiā ptingit ibidē esse mortale p accidens ppter scādālū pusilloz: qz lz nō sit fm se malū tñ hz speciē malī: et de h videbitur in sermone seqnti. Secūdo fieri pōt aliqd pctm mortale simplr et p se: et de hoc ē pns qstio. Ad quā rñdet Tho. scōa 2. q. xxxv. qz pctm ex hoc mortale dicitur qz tollit spūalem vitā q ē p charitatē: nā illud peccatum ex suo genere iudicaf mortale qd fm ppriā suā rōnem charitatī p̄riatur. Cōsiderandū tñ ē in omnib⁹ peccatis q sunt mortalia fm gen⁹ suū q nō sūt mortalia nisi quādo suā pfectionē psequūtur: per consensum rationis: quia si fuerit tātū inchoatio peccati in sola sensualitate: non pertingens vsqz ad consensum rōnis: tunc ppter imperfectionē actus est peccatū veniale sicut in genere adulterij cōcupiscētia que consistit in sola sensualitate est peccatum veniale: sed cum peruenitur ad p̄sensum rationis: tunc est mortale. Et idem dicendū est de primis motibus ire vel inuidie que reperiunt etiā qñqz in viris perfectis: et sūt peccata venialia: vt dicit Tho. ibidem. q. xxxvj. Quarto queri potest: vtrum peccatum veniale possit fieri mortale: presertim cum dicit Augustin⁹ exponēs illud Jo. Qui incredulus est filio non videbit vitam: qz peccata minima id est venialia si negliguntur occidūt: nihil autē oc-

cidit spiritualiter nisi peccatum mortale. Ad hoc respondet Tho. scōa 2. q. lxxxvij. qz peccatū veniale fieri mortale: potest intelligi tripliciter. Uno modo sic qz idē act⁹ numero possit prius esse peccatū veniale et postea mortale: et hoc fieri nō potest: qz peccatū pncipaliter cōsistit in actu volūtatīs sicut et quilibet actus moralis: vnde nō dicitur vn⁹ actus moralis si volūtas mutet: quīs etiā actio fm naturā sit cōtinua. Si autem volūtas nō mutet nō potest eē qz veniali fiat mortale: quia peccatū veniale et mortale sūt diuerse species peccati. Alio modo potest intelligi qz multa venialia cōstituant vnū peccatū mortale: et hoc etiam fieri nō potest: non enī omnia peccata venialia totius mundi possunt habere tātz de reatu quātū vnum peccatum mortale nec quidē ex parte durationis: qz mortale habet reatū eterne pene: peccatū autē veniale reatū pene temporalis: nec etiā ex pte dāni: qz mortale meret carentiā visidīs diuine: cui nulla alia pena cōpari potest vt dicit Chryso. Nec deniqz ex pte pene sensus qstū ad vermē cōscientie: licet forte qstū ad penā ignis nō sūt improporcionabiles pene. Tertio modo potest intelligi sic: vt id qd est veniale ex genere suo: fiat aliquando mortale: et hoc quidem est possibile scz inquātū pstituit i eo finis: vl in qstū refertur ad mortale peccatū sicut ad finē: licet ecōtra mortale nō potest fieri veniale: cuius ratio est: quia mortale et veniale differūt sicut pfectū et ip̄fectū in genere peccati: ip̄fectum autē per aliquā additionem ad perfectionē venire potest: et sic veniale per hoc qz additur ei difformitas p̄tinens ad genus peccati mortalis: efficitur mortale: sic cū qs dicit x̄bū ociosus vt aliquā licet ad fornicationē: s̄ id qd ē p̄fectū nō pōt fieri ip̄fectū p additionē: et ideo pctm mortale nō fit veniale p id qz addit ei aliqua difformitas p̄tinēs ad aliqd gen⁹ peccati venialis: potest tamē id qd ē ex genere mortale eē veniale ppter imperfectionē actus vt prius dictū ē: vnde breuiter actus qui ē ex suo genere venialis quattuor modis fieri potest mortalis. Primo ex cōsciētia erronea: qz qcquid sit p̄ psciaz edificat ad gehēnā: si etiā sit p̄ psciam erroneā: vt diffuse patet in sermone. ij. de operib⁹ misericordie spūalis in li. de trib⁹ ptib⁹ penitētie. Et h ē rō: qz cū in pctō duo sunt scz auersio a bono incōmutabili: et conuersio

Alis
creatore

ad bonū cōmutabile: penes p̄mū p̄ncipi/
paliter iudicat p̄ctm̄: q̄ illud est quasi for/
male: et sc̄dm̄ quasi materiale. Hinc ē q̄ q̄/
uis leuare festucā de terra leue videat vel
indifferēs: tamē quādo fit cōtra cōscienti/
am p̄ctm̄ ē: q̄ sp̄ intelligit bonū icōmutabi/
le: fitq̄ auersio a peccatore. Secūdo ex cō/
placētia: dicit enim Aug⁹. q̄ nullū p̄ctm̄ ē
adeo veniale q̄ nō fiat mortale dū placet.
Signū autē cōplacētiae mortale p̄ctm̄ con/
stituētis est quādo tātū inheret tali venia/
li q̄ etiā nō dimitteret si mortale esset. Ter/
tio p̄inde ex quadā dispositione: q̄ p̄ fre/
quēre lapsus in venialia disponit q̄s ad
mortale: et fm̄ hoc intelligit illud Aug⁹.
Atasti grādia videas ne obruaris arena.
hoc em̄ dicit: quia sepe de p̄ctis minutū dū
nimis frequētant deuenit ad magna: sic
de modica scintilla quādoq̄ surgit magn⁹
ignis: sic em̄ cōsuetudo venialium cadere fa/
cit ī mortale: et sic cōsuetudo iurādī cadere
facit in periuriū per occasionē: et fm̄ hūc sen/
sum dicit: de pe. di. j. c. tres sunt: vbi sub/
ditur: Illa vtiq̄ que humana fragilitate:
quīs parua tamē crebra surrepūt: si colle/
cta circa nos fuerit: ita nos grauabunt et
opprimēt sicut vnū aliq̄ grande peccatū.
Quid em̄ interest ad naufragiū: vtz vno
grandi fluctu nauis operiat et obruat: an
paulatim surrepēs aqua in sentinam ac p̄
negligētium culpā derelicta atq̄ contem/
pta impleat nauē atq̄ submergat. Quarto
deniq̄ ex p̄gressu: q̄ quādo insurgit ve/
niale posset p̄gredi ad mortale: nō q̄ ipsū
veniale in substātia fieret mortale: sed q̄
ex ip̄o occasionalit̄ fieret mortale: p̄ cōsue/
tudinē em̄ semper cresceret et libido pecca/
ti et cōtemptus dei. Quinto q̄ri pōt: vtz
ergo mortali debeat pena infinita: prefer/
tim cū dicit Hier. x. Corripe me dñe: ve/
rūtamē in iudicio et nō in furore tuo: ne for/
te ad nihilū redigas me. Ira vero vel fu/
ror dei metaphorice vindictā diuine iusti/
cie significat: redigi autē in nihilū est pe/
na infinita: sicut ex nihilo aliq̄d facere vir/
tutis est infinite. Ad h̄ dicēdum fm̄ Tho.
p̄ma 2. q. lxxxvij. q̄ pena p̄portioat pec/
cato: in p̄ctō autē duo sūt: quoz vnum est
auersio ab icōmutabili bono q̄d est infi/
nitū bonū: et ex hac parte p̄ctm̄ ē infinitū:
et ideo p̄ p̄sequēs p̄ctō debet infinita pena
q̄: tūc p̄ctō correspōdet pena damni que ē
infinita: vtpote amissio boni īfiniti. s. dei.
Aliud autē q̄d ē ī p̄ctō ē ad cōmutabile ho

nū inordinata cōuersio: et ex hac parte pec/
catū ē finitū: tum q̄ bonū illud cōmutabi/
le finitū est: tū etiā q̄ ip̄a cōuersio finita
ē: actus em̄ creature nō possunt esse infini/
ti: et ex hoc p̄ctō correspōdet pena sensus q̄
etiā est finita fm̄ quātitatē nō tamē fm̄ du/
rationē: et hoc p̄pter tria. Primo quia licet
pena p̄ctō p̄portioetur fm̄ acerbitatē: taz
in iudicio diuino q̄ humano: sicut Aug⁹.
dicit. xxj. de ciui. dei. In nullo tamē iudi/
cio requiritur q̄ pena adequet̄ culpe fm̄
durationē: sicut culpa adulterij vel homi/
cidij momētanea lōga punit̄ pena carcer/
exilij vel etiā mortis: in qua morte nō cō/
sideratur occisiōis mora: sed potius q̄ au/
fertur a societate viuentiū: et sic suo modo
rēp̄sentat eternitatē pene inflite diuini/
tus. Secūdo quia duratio pene correspon/
dere debet durationi culpe: culpa vero q̄/
tum ad actum licet nō duret eternalit̄: ta/
mē homo peccat in eterno suo: Dicit enī
quis in eterno suo peccare: nō solū fm̄ con/
tinuationē actus in tota vita hominis du/
rātis: sed quia ex hoc q̄ finem in peccato
cōstituit: volūtatē habet in eternū peccā/
di. Dicit em̄ Greg. in. ij. moral. q̄ tales vo/
luisent sine fine viuere: vt sine fine potuis/
sent ī iniquitatib⁹ permanere: et ideo iustū
est fm̄ Grego. q̄ qui ī suo eterno peccat cō/
tra deū: in eterno dei puniat. Tertio vero
quia duratio pene correspōdet durationi
culpe: nō quidem proprie ex parte actus q̄
temporalis est: sed ex parte macule que re/
manet nisi p̄ penitentiā deleat̄: quā durā/
te remanet etiā reatus pene. Perseuerat
autē macula donec volūtas ecōuerso se a/
uertens a bono cōmutabili ad icōmuta/
bile bonū se cōuertat: q̄ si q̄d absit ī auer/
sione tali moriat̄: tunc in auersioe p̄petua
reprobat̄ obstinat̄: ac p̄sequēs punit̄.
Dicit em̄ Tho. sup. iij. di. xxj. q̄ in illis q̄
damnant̄ nō potest aliqua culpa dimitti:
nec aliquis reatus tolli: cū charitate care/
ant per quā et culpa purgat̄ et reatus tolli/
tur: et quia deus nec veniale p̄ctm̄ dimittit
sine mortali: ideo venialia p̄ctā mortali cō/
iuncta puniunt̄ etiā in damnatis eterna/
liter: etiā quātū cūq̄ minima fuerit: etiā
si ante p̄ctm̄ mortale dimissū fuisset venia/
le quantū ad culpam manente reatu. Ho/
rū ratio est: quia tria requirunt̄ ad purga/
tionē culpe vel reatus in futuro scz gratia
pena et voluntas: nam gratia habens ad/
iutorium pene et cōsonantiam voluntatis:

p̄ p̄ctōm̄
debet pena c
a.

potens ē purgare culpā ⁊ peccati scoriam: sed in dānatis nō ē grā: ⁊ eorū voluntas ē in malo firmata: ⁊ sic pena culpā purgare nō potest.

De scandalo tam actiuo q̄ passiuo quādo est peccatum mortale. quando veniale. ⁊ quando nullū:

Sermo VII

Non occides Exo.

N xx. Secūdo psequendo de homicidio spirituali ipsius anime quō facto cōmittit in proximo scz. per scādālū pusillozū. Primo queri potest de scandalo quo spirituale perpetrat homicidium: vtrū diffiniatur esse dictū vel factū minus rectū prebens occasionē ruine: ⁊ videt q̄ nō: quia cū inter actus virtuosos vl' rectos vnus sit rectior vel virtuosior altero: illud solū videt nō minus rectū esse quō ē rectissimū: ⁊ sic sequeretur q̄ omnis actus virtuosus p̄ter optimū esset scandalum. Ad hoc respōdet sanctus Tho. scda 2^a. q. xliij. q̄ sicut dicit Hiero. super illud Matth. xv. quō grece scandalon dicitur. Mos offensionē vl' ruinā ⁊ impensionē pedis possumus dicere. Cōtingit enim quōs q̄ aliquis obex ponit alicui in via corporali: cui impingens disponitur ad ruinā: ⁊ talis obex dicitur scādālū: ⁊ similiter in p̄cessu vie spūalis cōtingit aliquē disponi ad ruinā spūalem: p̄ dictū vl' factū alterius inq̄tuz. s. aliquis ammonitione sua vl' inductione aut exēplo alterū trahit ad peccādū: ⁊ hoc p̄prie dicitur scādālū: nihil autē fm̄ p̄prie rationē disponit ad spūalem ruinā nisi quō habet aliquē defectū rectitudinis: q̄ id quō est p̄fecte rectū: magis munit hominē contra casum q̄ ad ruinā inducat: ⁊ iō cōuenienter dicitur quō dictū vl' factū minus rectū p̄bens occasionē ruine sit scādālū: nō cogitātū vl' affectātū: q̄ hoc latet in corde nec alteri p̄ponitur vt obex ad ruinā disponēs. Porro minus rectū nō dicitur hic quō ab aliquo alio sup̄at in rectitudine: sed quō habet aliquē defectū rectitudinis defectuz: eo quō est fm̄ se malū: sicut peccata: vl' habet speciē mali: sicut cū aliquis recūbit in idolo. Quis enim fm̄ se nō sit peccatū si quō hoc nō faciat intentione corrupta: tamē q̄ h̄z speciē quādam vl' similitudinē veneratiōis idoli: pōt alteri p̄bere occasionē ruine: ideo monet ap̄ls. j.

